ac Homines et Castrum Faganee prelibatum .. Villis et pertinentijs suis omnibus dictis mag.cis D. Gubernatori et Dno' Provisori recipientibus vice et nom.e dicti ser.mi Duc.is Dominij et pro eo promittere procurat.s nom.e quo supra, quod deinceps predicta Universitas et Homines erunt continuo et omni tempore subditi et obedientes dicto ser.mo Duc. dominio, et habebunt amicos dicti Dominij pro eorum Amicis et inimicos pro inimicis, dabuntq: stantias receptus et victualia armorum gentibus et Hominibus ser.mi Duc. dominij prelibati et omnia alia et singula realia et personalia d.to ser.mo Duc. dominio tenentur facere, ac faciunt, et plus, et minus ad voluntatem et dispositionem ser.mi Duc.is Dominij prelibati, et ad maiorem fidem et robur premissorum predicti Procuratores et Sindici procurat.o Nom.e quo supra in manibus prefator. D.norum Gubernatoris et Provisoris recipientibus vice et nom.e ipsius prelibati Duc.is Dominij prestant fidelitatem et obedientiam huiusmodi in forma plenissima. iuramentum in pena et ad penam omnium bonor. mobilium et stabilium presentium et futuror. Universitatis et Hominum dicti Castri Faganee et Villarum predictarum.

Et ex alia parte predicti mag.ci D. Gubernator et D. Provisor vice et nom.e ser.mi Duc.is Dnij prelibati, ac ex authoritate et commiss.e ab eodem eis in hac parte concessa predictos Universitatem et Homines Castri Faganee cum Villis et pertinentijs suis ad gratiam et in subditos ac obedientes ipsius ser.mi Duc.is Dnij admiserunt, aliorumq: subditorum et obedientium ipsius numero et consortio aggregant. Promittentes dictis Procuratoribus recipientibus nom.e quo supra, quod dictum ser.mum Duc.le Dominium, velut alios fideles et subditos eiusdem cura et tutela Universitatem et Homines dicti Castri Faganee et Villarum suscipient recommissos, in quorum fidem, et testimonium predicte partes hec capitula et scripturas fieri fecerunt manu mei Damiani Cancellij infrascript., eorumq: solitorum sigillorum impressione muniri

In Campo contra Utinum. die 3.a Junij 1420. Ind.e ...

Et Ego Damianus Marcutius de Reate Cancell. Magn.cae D. In comato
.ris pred. de ambarum partium voluntate, et m.to hec capitula
scripsi, et mea propria manu me subscripsi.

1430. Die Lune 4. mensis Xbris Actum in Castro Faganee. Presentibus
Daniele q.m Joannis, Matheo q.m Joannis Bertoli de Faganea
testibus, et alijs pluribus.

Ibique S. Franciscus q.m S. Macii, et congregatis in unum S. Vorlico q.m
Meginardi, S. Dominico q.m S. Macii, S. Antonio q.m S. Andree
Ladissio, et Joanne fratribus, et filijs q.m S. Jacobi, S. Laurentio
q.m Thomasij, et me Nicolao Not.o, dixit quod verum erat
quod non pro suis malefactis, sed si desiderat erat pro bono
eius fratre consanguineo, et obligaverat Capitulo Aquilegiensi
in denarijs marchis 64, et ipsum oportebat vendere domos
suas, et si aliquis ipsorum volebat ipsas emere, et
et dederit eis terminum octo dierum, quia volebat eis dare
pro minori pretio, quam alicui persone.

Nicolaus S. Philippi de Faganea Not.

In Libro Anniversariorum Eclesie S.te Marie
de Faganea est ut infra.

1434
S. Vorlicus q.m S. Meginardi

1434. Obitus Nob. Viri S. Vorlici q.m S. Meginardi de Faganea, qui
Legavit perpetualiter Eclesie S.te Marie de Faganea staria frumenti
sex, et unum siliginis solvenda et extraenda ipsi Eclesie de qui...
suis livellis, que dictus S. Vorlicus dixit habere debere in, et super pluribus
Campis sitis in Burgo Faganee iuxta eorum confines. Hac enim
Lege apposita, quod Camerarius d.te Eclesie teneatur facere fieri
annuatim subscripta anniversaria V.Z. olim S. Meginardi et D.
Viliane Patris, et matris eiusdem testatoris. Item olim D. Benedicte
et D. Anne alterius Uxorum ipsius S. Vorlici, item anniversarium
olim S. Gulielmi ipsius fratris, item olim S. Meginardi filij sui,
Item anniversarium ipsius S. Vorlici, faciendo quodlibet an-
niversarium cum quatuor presbiteris dando Vicarijs Faganee
pro quolibet sol. septem, et alijs sol. sex, et monaco unum
et teneatur ipse camerarius fieri facere anniversarium
unum immediate post aliud, et notificare heredibus ipsius
S. Vorlici de predictis anniversarijs fiendis, prout patet
in suo testam.to scripto manu Bartholomei Notarij de
Faganea

Faganea in 1434. Indict. decimasecunda 18 Augusti.

Extat etiam ut infra ad c. 11 tergo

Obitus dni Meynardi q.m d. Phinosij, qui iussit fieri eis anniversarium q. Vericam, et Gulielmum eius filios.

In libro anniversariorum veteri dicto Catapan existente penes Camerarios Eclesiae S.tae Mariae Plebis Faganeae. reperitur ad c. 55 t.o

Obijt d. Rizardinus ad c. 40 t.o Gulielmus filius D. Rizardini ad c. 31 t.o D. Edorlius q.m d. Rizardini, et Later d. Phinosij ad c. 11, D. Meijnardus q.m d. Phinosij, et Verlius, et Gulielmus eius filij

in questo Testam.to a ... Daniele visto et letto existente in Notis q.m S. Bartholomei Vi... ... S. Verlius instituit heredes Universales D. Catharinam, et D. Ulianam eius filias, cum duc... ... si altera earum decesserit sine heredibus ipsi substituit S. Paulum q.m S. Benedicti eius proximiorem. et Nota quod hic casus evenit per obitum q.m D. Catharinae uxoris olim ... de Raij notaris de Utino. D. Uliana vero habuit heredes D. Antonium de Francischinis de Glemona nunc Civem Utini.

In Christi Nom.e Amen. Anno de Nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo tertio Ind.e 6. die vero ... mensis junij. Actum in Triano inferiori in domo infer. Ven. Viri Dni Presbyt. Francisci de Faganea habitantis in Triano infer. Presentibus providis Viris mag.ro Simone q.m m.ri Petri Mangoni de Carstanta habitante in S. Daniele ... filio Andreae de Lestano habitante in Triano infer. Antonio dicto Stangulino q.m Joannis Mayutti de Jarta, et Venuto q.m ... de Triano superiori his duobus in eodem Triano habitante testibus;

Ibique providus Vir S. Paulus q.m Benedicti dicti Bavgagron de Faganea habitans in Triano inferiori considerans grata servitia et beneficia jam accepta et collata sibi per Ven. Virum D. Presbiterum Franciscum, ac Asquinum fratres, et imposterum accipienda ac conferenda ... danda iure mere libere et volontarie non coactus non constrictus, sed de certa scientia quia nomine, et titulo irrevocabilis donationis, quae dicitur inter vivos, quae nulla iniuria, ingratitudine, vel causa, seu offensa parva, vel magna valeat, seu possit revocaris

cari per se dedit donavit cessit narravit, et mandavit eisdem D. Presbitero Francisco, et Asquino fratribus tanquam proximiori et filijs olim q. Odorici de Faganea natis in Tricano inferiori pro se eorumque heredibus aut cui ius suum dare voluerit, solemniter stipulantibus et recipientibus, et omne suum ius omnemque actionem realem et personalem utilem et directam tacitam et expressam quod et quam ipse q. Paulus habet habebat seu inposterum habere poterat in bonis et hereditate olim ... DD. sororum Vid. Catharine et Uliane q. q. Vertici de Faganea. Ad habendum, tenendum, possidendum cum omni iure, actione usque constituens ipsos Presbiterum Franciscum, et Asquinum Procuratores tanquam in rem suam propriam, et ponens eos in locum suum, itaque amodo ipsi Vid. Presbiter Franciscus, et Asquinus cessionarij, suique heredes aut cui ius suum dederint suo nomine actionibus utilibus et directis possint, et valeant ipsa bona, et hereditates ipsius Pauli adire, et illos immiscere, et eorum tenutam et corporalem possessionem apprehendere, et intrare, et omnia, et singula ad eosdem ipsa bona et hereditates necessaria, et opportuna facere et exercere in iud.o et extra cum omnibus solemnitatibus necessarijs, et opportunis, nec non si necesse fuerit possint, et valeant dicti Presbiter Franciscus, et Asquinus cessionarij, suique heredes aut cui ius suum dare voluerint quoscumque impedientes aditionem et apprehensionem possessionis tenute dictorum bonorum et hereditatis, et coram quocumque iudice ordinario delegato, vel subdelegato tam ecclesiastico quam civili convenire et in causa agere, et defendere, trahere opponere respondere exprimere et replicare libellum seu libellos porrigere et excipere, lites contestare, et in animam suam cuiuslibet iuramentum prestare, testes, instrumenta, et iura alia producere et reprobare, sententias audire, et si necesse fuerit appellare, appellationes prosequi, et securitatem prestare, recipere et impignorare, et in pignore ... facere et generaliter omnia, et singula facere et liberaliter exercere in iudicio et extra, que ipse Paulus donator ante huiusmodi

donationem

donationem, et cessionem factam dicere facere, et exercere potuisset; quam quidem donationem cessionem et omnia et singula in hoc instrumento contenta praedictus Paulus pro se suisque heredes, ac cum obligatione omnium suorum bonorum praesentium et futurorum ac damnorum omnium et expensarum litis et extra, ac interesse refectione nominato Presbitero Francisco, et Asquino cessionarijs pro se suisque heredibus aut cui ius suum dederint solemniter stipulatis promisit firma rata habere, et tenere, attendere et inviolabiliter observare et omnia in hoc instrumento contenta, nec ipsorum aliquid per se, vel alios dicere facere vel venire, aut donationem ipsam ingratitudine vel offensa aliqua revocare ratione aliqua, dolo ingenio, sive causa de iure, vel de facto sub pena dupli valoris dictorum bonorum sive hereditatis, ut pro tempore plus valuerit, vel meliorata fuerit, minus quinque sol. verorum, ... in singulis huius instrumenti capitulis solemni stipulatione promissa que toties peti, et exigi valeat cum effectu quoties contrafactum fuerit, ... ea soluta vel non, presens tamen instrumentum in similibus obtineat plenum vigorem. Renuncians exceptioni dicte donationis non sic facte et celebrate tempore huius contractus et omni alii ... Nuntius tenute per dominum Paulum dicto Presbitero Francisco, et Asquino datus fuit Antonius Stangulini, qui ipsos in tenutam et corporalem possessionem dictorum bonorum et hereditatis sic donate poneret, et induceret ad plenum.

Ego Gabriel quondam Egregij Viri quondam Jacobi de Likuarij de Sancto Daniele Aquileiensis Diocesis publicus Imperiali Auctoritate Notarius suprascriptam donationem, et omnia et singula in ea prout inveni in Notis, et Protocollis olim Egregij Viri D. Presbiteri Christophori Puppi de Sancto Daniele mihi commissis per Reverendum D. Beltramum Bundarim Vicarium in Patriarchatu, et Diocesi Aquileiensi dignissimum nihil addendo, vel minuendo, quod sensum mutet vel variet intellectum, Deo me subscripsi, signo nominisque meis consuetis appositis.

Quod quondam Asquinus fuerit filius quondam Odorici vide instrumentum oblungum sub anno 1450 26 maij de Notis olim quondam Bartholomei Vidoni

Notarij de Fagan(e)a extractum ... q. Joannem Baptam eius filium quo(n)dam q. Radussij q(uonda)m q. Jacobi de Verzono Faganea habitans pretio nouem marcharum, uendit q. Asquinio q. q. Odorici ... uellum mediæ marchæ sol. super una eius domo cuppis cooperta et terreno contiguo sita in Burgo Faganeæ, iuxta heredes olim q. Odorici q. Maconis, iuxta foueam Castri, iuxta Curiam quæ fuit q. Colussij Burgisani, et iuxta uiam publicam obligando pro manutentione domus de paleis et Baiarzinum contiguum situm in Villa Faganeæ iuxta Odoricum del Cucul heredes olim q. Laurentij Thomasij, et Viam publicam, et d. Antonia eius Vxor consensit.

Nos Andreas Bernardo pro Ser.mo Duc. Dominio Venetiarum Patriæ Foriiulij Locumtenens g.a Tenore præsentium notum facimus Universis Nostras præsentes Litteras inspecturis, quod in Nostra præsentia constitutus Vir Nob. q. Asquinus q. q. Odorici de Triano inferiori, et cum instantia humiliter supplicauit, ut cum illi de domo sua ipsiusque proge. nitores, et maxime q. Paulus Burgognum de Faganea, cuius est proximior recognouerit certa pheuda, ac tenuerit et posse derit ipsa, et nonnulla alia pheuda, quæ spectabant Francisco q. Bertoldi eius Nepoti, quæ pheuda erant ab eo iure pheudi habitantiæ. Quæ bona sunt ista V.Z. In Faganea primo de Lucelo den. XLVI. de ... in Burg Faganeæ. Item de una domo sita in Villa Faganeæ iuxta d.num Liani, iuxta terrenum Capituli ciuitatensis, et nunc possessum per q. Franciscum de Raymundis et Antonium Spalanium, et uiam publicam, item de uno Baiarzutto sito in Villa Faganeæ iuxta q. Jacobum q. q. Odorici, iuxta Franciscum Oriezze et uiam publicam, cum omnibus et alijs bonis ad ipsam in uestituram spectantibus pro parte dicti q. Pauli, et Francisci eius Nepotis, quæ tenebat et recognouerat q. q. Bartholeus et eius antecessores et quæ in partem tetigerant ipsi q. Paulo, et Francisco ex diuisione facta cum illis de Raymundis cum omnibus et singulis suis iuribus, pertinentijs, iurisdictionibus, dominijs, habitantijs, et præheminentijs pertinentibus et spectantibus dictis bonis pheudalibus quomodocumque et qualitercumque eundem de dictis bonis pheudalibus inuestire

Benignius ...

benignius, et gratiosius dignaremur, et eo maxime attento quod testamento dicti q. Pauli, ipse q. Pauly predicta sibi legavit. Nos autem attendentes purissimam fidelitatem quam predictus supplicans erga prefatum magnificum Ser.mum Ducale Dominium gerit, et habet, eiusdem supplicationibus in hac parte iustis, et rationabilibus inclinati, eundem q. Asquinum coram Nobis flexis genibus existentem pro se, suisque heredibus recipientem de bonis pheudalibus huiusmodi dicto iure seu eo iure, quo dicti antecessores sui, sive q. Pauly et Franciscus habuerunt, recognoverunt, et tenuerunt cum anulo aureo, quem in manibus tenebamus investivimus et harum serie investimus de suprascriptis bonis pheudalibus et de omnibus alijs, et quibuscumque pheudis et bonis de quibus non haberet investituram tentis habitis, et possessis, et que dicti eius progenitores, et antecessores tenuerunt et possederunt, ac recognoverunt a dicta Aquilegiensi Ecclesia salvo semper iure Magnifici Ser.mi Ducalis Dominij pro Ecclesia Aquilegiensi suprascripta, et cuiuscumque alterius persone. Quibus sic peractis idem q. Asquinus in manibus Francisci Cancellarij nostri infrascripti fidelitatis debite prestitit iuramentum quod fidelis vasallus quilibet Domino suo prestare in talibus convenit. In quorum fidem et testimonium presentes fieri iussimus, et sigillo nostro S. Marci solito roborari.

Acta fuerunt predicta in Castro Utini [illegible] Logia

Presentibus Egregijs et doctoribus D. Antonio de Belgrado D. Heraymo, et D. Francisco Celetino testibus, et alijs sub anno Domini 1448. Ind. XI. die 18. mensis Junij

Franciscus Iacobi Cancellarius subscripsit.

In Christi Nomine Amen. Anno a Nativitate eiusdem Domini 1454 Indictione 12. die vero Sabbati 4. mensis Februarij. Utini in domibus Episcopatus Concordiensis. Presentibus N. V. Viro q. Iacobo .... q. Candido de Civitate Austrie, et Bartholomeo [illegible] ad hoc testibus vocatis et rogatis

Coram R.mo in Christo Patre D. Bernardino de Handis Decretorum Doctore Decano Civitatensi in diocesi, et Patriarcatus Aquil. Vic.o in spiritualibus

tualibus generali substituto ad iura reddendum pro tribunali sedente.

Comparentibus in termino admonitionis hodierne Ven. Viro D. Philippo de Bellutiis Can.co et Vice Dno Ecclesie Cathedralis Aquil.s ex una et Egregio q. Asquino de Tricano inferiori, nec non Dominico Stangilini, et Dominico Leniz nom.e Communis, et Hominum Tricani inferioris ex altera. Vbiquidem pred.s D. Philippus Vice dnus asserendo se prox.e preteritis diebus tenuisse placitum, in quo interesse, et accedere debent et tenentur omnes de dicta Villa Tricani inferioris V. Vnus pro foco secundum antiquam consuetudinem, exceptis dumtaxat illis de domo q. Asquini, qui propter affinitatem, quam habent cum Nobilibus Lutrie, et attento quod censentur, et fuerunt de domo Nobilium, minime tenentur, et obligati non sunt accedere ad dictum placitum; dixit, et conquestus fuit, quod plures de dicto Tricano recusaverunt, et recusant accedere ad dictum placitum, propter quod inhibuit et mandavit eorum Plebano, sive Vic.o, ut non celebraret eis divina officia donec satisfecerint penam, quam incurrerunt, ac de cetero permittant interesse dicto placito. Quare petiit, et instetit pred.tos compelli debere ad interessendum placito et se concordandum de pena cum ipso V. Dno. Ex adverso vero predicti nuntij Communis asseruerunt, quod multi ex ipsis de Tricano et presertim dicti Dominicus Stangilini, et Dominicus Leniz non tenentur accedere, nec unquam interfuerunt dicto placito pro possessionibus et domicilia, que et quas habent in affictum a Nobilibus instantes se absolvi a dicto placito cum nullatenus intendant obligare ad hoc tenera et possessiones suorum dominorum.

Quibus auditis, et habito in premissis maturo consilio, tandem pred.s R.dus D. Vic.s sententiavit, et declaravit, quod omnes de dicto Tricano inferiori Vnus unus pro foco teneantur de cetero interesse placito, et super premissis se concordare cum Vice Dno, sive possideant possessiones Nobilium, sive non, exceptis illis de domo q. Lisliardi q. Nicolai, et

Et

Asquini, qui ratione Nobilitatis ut premissum est, intelligunt et consentiunt exempti, qui vero debeant, neque possint per predictum q. dominum ad premissa artari. Et ita dixit sententiavit, pronunciavit et declaravit omnibus melioribus modo via, iure, et forma, quibus melius scivit, et potuit. Quam sententiam, et declarationem predictus D. dominus laudavit et similiter Asquinus pro parte sua ipsam laudavit.

Ego Franciscus q. Gregorij Viri Gabrielis de Lithianis de S.to Daniele pub. imp. aut. ac Not. ex commissione mihi facta R.mum in Xto Patrem et D. Dnum Andream dei, et Apostolice sedis gratia Episcopum Feltren. ac dieces. et Abbatie Aquil. in spiritualibus, et temporalibus Vicarium et Gubernatorem pro ut in Notis olim Leonardi de Lithianis inveni, rogatus senioris mei q. signo et nomine appositis in fidem premissorum nil addendo, vel minuendo quod sensum mutet, vel variet intellectum fid. publicavi.

In Christi Nomine Amen. Anno eiusdem Nativitatis mill.mo Quadring.mo septuagesimo septimo. Ind. Xa die vero XI martij Coram mag.co et excell.mo dno Jacobo Mauroceno dignissimo Locumtenente prelibato existente in sala Abbatie terre Utini sue residentie.

Comparuit Spect. et Clar.mus Jurisconsultus D. Antonius Tolutius Procurator Nobilium Virorum Odorici, et Antonij fratrum q. Asquini de Arcano, et ad iustificationem harum ducalium superioribus diebus presentat ipsi mag.co D. Locumtenenti dat. in duc. palatio ... tenoris inferius annotatur, presentavit Nob. Viros Joannem q. Nob. Viri Simonis, et Jacobum q. N. b. Viri Odorici et consortibus Zagannea ad probandum et fidem faciendum, quod olim supradictus Asquinus dum vixit ... fuit investitus loco Pauli Borgognoni de pheudis ... ... ipsum Paulum sustinuit onera, et factiones pro rata eum tangente pro dictis pheudis simul cum alijs consortibus et quod habitus tentus, et reputatus fuit pro consorte ... dictis pheudis, qui ... Joanni, et Jacobo de commissione predicti mag.ci ... Locumtenentis delatum fuit iuramentum

in forma. Qui iuravunt ad Sancta dei Evangelia manu tactis scripturis a dicere, et manifestare veritatem super his de quibus fuerint interrogati per ipsum mag.cum, cum tenerentur, et successive interrogati responderunt verum esse quod dictus olim q. Asquinus postquam fuit investitus loco q. Sancti Burgognoni de pheudis per ipsum p.missis, habitus, tentus et reputatus fuit pro Vassallo, et pheudatario, et de comunibus Faganee q. pheudis habitantie, et sustinuit pro rata sua onera et factiones quascunque iuxta impositionem factam predictis comunibus Faganee. Qua depositione sic facta et audito etiam d. Hieronymo sindico phiscali dependente, quod ipse alias fecit investiri dictum olim q. Asquinum de dictis pheudis descriptis in privilegio superato, et visis primo investitura alias facta per mag.cum d. Andream Bernardo Precessorem Nostrum, et visis alijs Ducalibus, infrascriptis tenoris tandem prefatus mag.cus d. Locumtenens declaravit, determinavit et sententiavit prefatos fratres et filios olim q. Asquini intervenientes nomine suo et aliorum fratrum V. d. Andree Canonici Civitatensis et Leonardi, et q. Petri tanquam Vassallos, et pheudatarios ditti sere.mi Dominij non teneri, neque obligatos esse contribuere ad factiones et angarias, que imponuntur Villicis, et hominibus Ville cuiuscunque conditionis sint, et pro sustinent et obligati sunt ad onera et factiones que imponuntur Nobb. Comunibus de Faganea pro eorum pheudis, quia non est iuridicum, neque rationi conveniens quod ipsi et tanquam Nobiles sustineant onera cum Nobilibus et tanquam rurales cum hominibus Villarum. Predicta pronuntiavit et sententiavit authoritate sibi concessa per ser.mum Ducale Dominium nostrum omnibus meliori modo via iure et forma, quibus magis et melius potuit, committens Sp. d. Cancellario suo ut dictam declarationem in publicam formam redigi faciat et eis fratribus pro eorum securitate consignare Presentibus Nob. Viris q. Iacobo q. q. Benedicti de Attimis, Francisco del Neno de Utino, Tibaldo de Utino, Francisco de Savorgnano testibus, et alijs &

Tenor

Tenor Litterarum Ducalium

1476 Andreas Vendramino Dei Gratia Dux Venetiarum. Nobilibus et sapientibus Viris Jacobo Mauroceno de suo mandato Locumtenenti Patriæ Forijulij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Expositum Nobis fuit pro parte nostri fidelis nostri Asquini de Arcano et consortibus Faganeæ quod cum faciat faleas, prout faciunt cæteri Consortes, et substineant alia onera, quæ ipsis imponuntur, nihilominus cogitur ad faciendum onera cum hominibus Villæ Arcani rem indubitatam et minime convenientem, et non observatam in alijs consortibus. Quare volumus, et Vobis mandamus, ut si ... fuerit vobis ipsum Asquinum facere faleas, et alia onera dictis consortibus, et Nobilibus imposita, non permittatis ut cogatur, et teneatur ipse, et Legittimi successores sui ad onera imposita et imponenda hominibus Villæ Arcani, qui gaudeant exemptionibus, indemnitatibus, et privilegijs, quibus utuntur dicti Consortes sui, et Nobiles Patriæ. Has autem nostras ad futuram memoriam registrari faciatis, et registratas præsentanti restitui.

Datæ in Nostro Ducali Palatio die prima Augusti. Indictione 8.a 1476. Alias 22 febbraij 1477

Ego Bernardus Natus Egregij Bartholomei Campagnarij Civis Aquilejensis publicus Imperiali Auctoritate Notarius et ad præsens coadiutor Spectabilis D. Nicolai Zucchi Cancellarij Magnifici et Clarissimi D. Jacobi Mauroceni Patriæ Locumtenentis Sigillum) suprascriptas præinsertam sententiam et has ducales fideliter exscripsi ex Libro sententiarum suæ Magnificentiæ, et ad præmissorum ... me subscripsi et signo, et nomine meis consuetis corroboravi.

Nos Patriæ deputati de mandato Magnifici et Clarissimi Domini Philippi Trunj dignissimi Locumtenentis Patriæ Forijulij Nobis oraculo vivæ vocis facto inhærentes declarationi aliàs factæ per Magnificum Jacobum Maurocenum eius Prædecessorem in executionem literarum Ducalium factæ super eo quod Antonius filius Asquini de Arcano cum suis fratribus non tenetur facere angarias ruvales, cum sint feudatarij Serenissimi Dominij Venetiarum et Nobiles Patriæ, et concurrunt ad factiones Nobilium ut ad Taleas cum illis de Faganea, focum ipsius Antonij pro se ut supra in descriptione focorum Patriæ in Villa Arcani prædictæ descriptum de Libris descriptionis, et quibuscumque alijs officijs Nostri cassamus, et annihilamus, ac de numero focorum dictæ Villæ Arcani diminuimus, et defalcamus, ita quod in angarijs ruvalibus deinceps occurrentibus dicta Villa, seu homines, et Comunitate ipsius nullam penitus rat

angariam, et si quę per errorem imponerentur, debeat pro dicto foco
deleri et defalcari. In quorum fidem presentes fieri fecimus, et
sigillo S.ti Marci consueto officij nostri iussimus impressione muniri.

Datę Utini penultimo Junij 1478.

Sigillum.

Ant.s de Clemona Not.s Off.ij Cancell.ę de mand.o
subscripsit q.

Augustinus Barbadico Dei Gratia Dux Venet. Nob. et Sapienti Viro Lucę
Navaierio de suo mand.o Locumt.ti Patriae Forijulij Fideli dilecto Salutem
et dilectionis affectum. Explicatum est Nobis nomine Fidelis Nostri An-
tonij fi.. et her. q. Asquini unius ex consortibus Zaganeę istius
Patrię Forijulij. Cum alias ipse Asquinus in Villam Aviani habitatum
concessisset, commodius eo in loco domicilium sibi futurum ratus,
in qua idem Antonius adhuc habitat, semper in quaslibet anga-
rias, et onera quęcumque una cum ipsis Nobilibus consortibus Za-
ganeę, tanquam unus ex eis subierit, et persoluerit, cumque coge-
retur ad rusticana quoque opera persolvenda, suam censere ad
nos confugit, et obtinuit, ut ad Virum Nobilem Jacobum Mauroce-
num Precessorem vestrum scriberemus, ut si supranarrata compro-
basset, ad nullas cuiuscumque generis angarias cogi posset, quod
ab ipso tunc Locumt.te Nostro factum est, quemadmodum eius
decreto nobis aperiet et declarabit, quod quidem decretum a
successoribus quoque Locumtenentibus nostris observatum est usque
ad tempus Viri Nob. Thomę Hippomano immediate precessoris
Vestri, qui ut ipse Antonius narrare nobis curavit, non citato
eo, nec praemonito decreto statuit ut ipse Antonius rusticis one-
ribus esset obnoxius, eiusque rei causa ab eo pignora summi possit.
Quod quidem si ita re ipsa est, quemadmodum ad nos idem Ant.s
retulit, dignus nobis videtur, cui opem nostram in tam equo
postulato non negemus. Qua ex re imperamus vobis, ut si
vobis liquido constabit, et palam faciet se esse unum ex
Nobilibus Zaganeę, et cum ijs onera gessisse, ut narrat, decre-
tumque ipsius Viri Nobilis Jacobi Mauroceni tunc Locumt.is Nri
quo a rusticis angarijs se atque heredes absolutos asserit
non obstante ullo ipsius immediate Precessoris Vestri decreto, Vos
denuo statuatis, ac decretatis, ne ulterius posthac idem Antonius
vel heredes eius ad ulla rustica opera subeunda cogi possit.

pignoraque

pignora que eis omnia, que hanc ob rem fuissent oblata restitui
integra faciatis, satis enim est, ut una cum reliquis consortibus
Faganee portionem onerum conferant nec duplici eos proinde
re gravari equum atque conveniens ducimus si vera esse
approbaverit ipse Antonius, uti supra diximus, que narrat. Has
autem registratas presenti restituite.

Datum in Nostro Ducali Palatio die 22 martij Ind. 6. 1488.

1489 In Christi Nomine Amen. Anno eiusdem Nativitatis Millesimo quadringentesimo octuagesimo
Nono Ind. septima die sabbati 7 mensis martij. Utini in domo Sp. D.
Jacobi Georgij de Valvasono penes Monasterium S.ti Nicolai. Astantibus
Sp. D. Joanne de Salis de Brixia Ill. Duc. Vic.o, et Sp. et Ill. Doc.
Hier.mo Lusio de Feltro Cap.o Infrascripti Mag.ci D. Locumtenentis
In Sp. Mag.cus et Clar.mus D. Aloysius Vendraminus pro Ser.mi Principis et Ill.mo et Excell.mo
Duc. dominio Venet. Patrie Fori Julij Locumt. Generalis. Audito Sp. Doc.
D. Francisco de Strassoldo nomine S. Antonij q.m S. Asquini et consortibus
Faganee, Pro S. Ant.o sponte exponente quod quondam mag.cum D. Thomam
Lippomanum precessorem suum fuit terminatum, ut dictus S. Antonius
facere deberet pro bonis non feudalibus cum villicis, et hominibus Vil-
larum contra consuetudinem hactenus observatam pro Nobiles Patrie
cum et ipse S. Antonius sit Nobilis, quia Nobiles predicti fecerunt
dumtaxat cum Nobilibus pro omnibus eorum bonis feudalibus et
non feudalibus, ac contra terminationem q.m mag.ci D. Jacobi
Mauroceno, et mag.ci D. Philippi Truno precessorum predictorum D.ni
Locumtenentis, qui predictum S. Ant.m et fratres ab omni facultate
rurali, et angarijs liberavunt pro omnibus et quibusvis bonis
et maxime quod per deputatos Patrie positus fuit cum Nobilibus
consortibus Faganee eius focus, petente dicto nomine dicta termi-
natione non obstante declarari debere ipsum S. Antonium et
eius here: et successores non teneri ad faciendum angarias
nisi cum consortibus Faganee et nullo modo cum Villicis et
personis ruralibus cum probaverit, et constiterit, semper fecisse
angarias cum dictis consortibus, tanquam unus ex ipsis. Et
hoc in execut.em litterarum Ill.mi Duc. Dominij, que ita declararunt
quod si liquido demonstrabit se esse unum ex consortibus
Faganee, et cum ijs onera gessisse et terminatum per
prefactum mag.cum D. Jacobum Mauroceno absolutum esse ab an-
garijs ruralibus, quod S. Ant.s predictus non cogatur ad faciendas ali-
quas rurales. Quibus auditis visa investitura feudi ob quam
predictus q.m mag.cus D. Jacobus Mauroceno investivit dictum Antonium et

fratres sub die 3ª martij 1477. Visis testibus examinatis per
spectabilem D. Locumtenentem quibus constat dictum Antonium esse unum
et consortibus Faganee et semper fecisse cum ipsis consortibus ac
terminatione, qua terminavit dictum Antonium non teneri ad angarias
quae imponuntur ruralibus, sub die XI martij 1477. Visa terminatione
mag.ci D. Philippi Truno olim Locumtenentis sub die 17 junij 1478.
Visa declaratione deputatorum Patriae sub die penult. 1478. Con-
siderato denique quod intentio Ill.mi Dominij est quod dictus Antonius
et heredes et successores dum probaverint fecisse et facere factio-
nes et angarias cum consortibus Faganee non teneri neque facere
debere cum Villicis. omnibus melius modo via iure et forma
quibus melius de iure potuit et scivit. Terminavit et declaravit
Antonium q.m Asquini praedictum eius fratres, filios, heredes et
successores non teneri neque debere facere et sustinere
angarias et factiones aliquas impositas, et imponendas quovis
modo de cetero cum Villicis, et nominibus Villanum sed facere
et sustinere debeant omnia onera, et factiones omnes pro
omnibus suis bonis cum Nobilibus et consortibus Faganee et pro
Nobilibus haberi, reputari et tractari debere ita quod de cetero
cum Villis et hominibus Villanum ullo modo facere, sustinere, et
contribuere non habeant

Ego Jacobus filius q. Victoris à Bone Civis Feltrensis publicus Imperiali auctoritate Notarius
et ad praesens Coadiutor in Cancellaria Utini suprascriptam declarationem
seu sententiam extraxi, et in hanc publicam formam redegi ex
Actis Cancellariae praedictae annotatam et scriptam manu sp. D. Hieronymi
Tolbertalli de Tarvisio Cancellarij praefati mag.ci D. Locumtenentis nil
addens vel minuens, nisi prout inveni, et in fidem et testimonium
(Sigillum) omnium me subscripsi. Et sigillum D. mariae maris consuetum
apposui pro corroboratione simul cum signo meo, et nomine.

1492. In Christi Nomine Amen. Anno a Ipsius Nativitate millesimo Quadringentesimo Nonagesimo
secundo Ind. X.a die 14 mensis maij

Mag.cus et Clar.mus D. Hieronymus Vendraminus Dignissimus Locumtenens Patriae Fori
Julij. Audita et intellecta hesterna die contradictione facta in
Parlamento Generali ipsius Patriae Danielis q. Odorici Asquini de
Faganea qui pro membro Nobilium consortium Faganee venerat
in dictum parlamentum, quod scilicet idem q. Daniel nullum habebat vocem
nec interesse poterat dicto parlamento pro dictis consortibus eo quia
non esset de illis, nec ad illam condictionem ex adverso respicient

dictus q. Danielus et diceret se habere vocem et adesse posse in dicto Parlamento indifferenter cum reliquis Nobilibus Consortibus dicti loci Fag. et hoc esse ad parem conditionem cum illis, sicuti ostendebat se construere, et ob huiusmodi controversiam suspensa fuisset ab ipso D. Locumtenente declaratio, donec latiorem declarationem habeat in eiusmodi re, hodie per dictum q. Danielem producta fuisset infrascripta iura, et primo investitura quorumdam bonorum feudalium facto Nobili Viro q. Asquino q. Odorici de Tricano per magnificum D. Andream Bernardo tunc dignissimum Locumtenentem Patriae anno Domini 1448. Ind. XI. die 28. mensis may. Item alia investitura facta q. Odorico, et q. Antonio Fratribus filiis q. suprascripti q. Asquini nominibus propriis ac vice, et nomine Domini Andreae Canonici, et q. Leonardi fratrum suorum, post mortem Patris de suprascriptis bonis pheudalibus per magnificum D. Jacobum Mauvocenum Locumtenentem dictae Patriae die 3. mensis marty. Item quaedam declaratio facta per magnificum D. Philippum Trivisanum olim Locumtenentem dignissimum, quod declaravit restitui debere q. Antonio q. q. Asquini de Tricano pignora sibi accepta ad instantiam hominum Villae Arcani pro mensibus Villicis ipsis impositis tanquam pignora indebite accepta eo quod dictus Antonius et fratres tanquam Nobiles non tenerentur ad dicta onera in 1478. Ind. XI. die 17 Juny. Item declaratio facta per magnificum D. Jacobum Venerium tunc Locumtenentem dictae Patriae in 1481, quod de Villa Arcani de subtus disfalcari deberet focus dicti q. Antony Asquini scriptus per q. Antonium de Elemosina Cancellarium Patriae. Item copia quorumdam parlamentorum factorum in 1485 die 6. 7bris 1486. die 27. mensis 9bris, in quibus constat interfuisse dictum q. Danielem pro Nobilibus Faganeae. Item declaratio mag.ci D. [illegible] Vendramini olim dignissimi Locumtenentis facta in 1489 die 7. mensis marty, qua declaravit q. Antonium q. q. Asquini eius fratres, et filios, et successores non teneri ad angarias quovis modo cum hominibus Villarum, sed cum Nobilibus, et Consortibus Faganeae, et pro Nobilibus haberi et declarari. Item declaratio magnifici D. Pauli Barbo [illegible] Locumtenentis quod focus q. Antony Asquini deleatur de partita Villae Arcani inferioris scripta per q. Antonium de Elemosina Cancellarium Patriae in 1481. Ind. 8.a die 11 mensis maij. Item binae Litterae Ducales Altera VI. ad magnificum D. Lucam Navaierium tunc honorabilem Locumtenentem Patriae 22. marty 1488, et altera ad magnificum D. Jacobum Mauvo..

olim etiam Locumt.tem sub die primo Augusti 1476. visitis in hac materia deliberatione terminauit, et declarauit quod dictis Daniel de cetero interuenire possit, et habeat uocem in Parlamentis Patriae indifferenter cum reliquis Nobilibus Faganeae, sicut etiam per elapsum interuenit et habuit, et sic obseruari mandauit in futurum, quod locum habeat tam pro dicto ... quam etiam pro Antonio q. Andrea Canonico Taruisino, et pro Leonardo fratribus filijsque q. praedicti Asquini, et eorum successoribus mandans irrum dictum Danielem, qui dictis nominibus interfuit ultimo parlamento nominibus quibus supra addi debere et describi in eo pro Nobilibus Faganeae non obstante oppositione sibi facta Nobilibus mag.co Equite Dno Nicolao de Sauorgnano, et ... Andr. de Cereina Consiliario mag.ci D. Locumt.is ...

Ego Franciscus de Lugo q.m ... Antonij Ciuis Utinensis publ.s Imp.li Auth.e Nots, et in praesentarum canc. ... praed.ti mag.ci D. Locumt.is dictis interfui, et ea rogatus scripsi, sed alijs negotijs occupatus in hanc formam publicam alteri releuandam tradidi, sed ad maius robur, et firmitatem me subscripsi cum signo meo consueto.

Die octauo mensis Augusti 1483. Ind. prima.

Actum in Burgo Faganeae.

Ibique in unum congregatis Nobilibus Viris ... Joanne q. Simone, ... Iacobo ... Odorici ... Bernardino, et ... Nicolao, Daniele eius fratre ... Francischino q.m Nob. ... Lucigli pro se et fratre, et ... Odorico q.m ... Asquini omnibus Consortibus Castri Faganeae causa inter se deputandi, et elligendi nuncium, seu nuncios qui se habent conferre in parlamentum praesentium pro eligendis nouis prouisoribus seu deputatis Patriae, qui omnes simul elegerunt, et deputarunt Nob. Virum ... Nic.aum Danielem ... tem tamen ... Iacobum ... Odorici, si sibi placebit interuenire, sin autem ipse ... Nicolaus Daniel, et habeat, seu habeant ... eorum uoces iuxta eorum conscientias, committentesque mihi Not.o Litteras credulitatis in ...

Et Ego Florius filius olim Eg.ij Viri ... Ioannis Bap.tae Cancell.ij Faganeae publ.s Imp.li Auth.e Not.s ex commiss.e mihi facta ... mag.ci et clar.mi ... Augustinum de Mula Patriae Foriiulij Locumt.is ... prout inueni in Notis, et obbreuiaturis olim ... Patris mei Notarij

suprascripti.

suprascripta nil addendo vel minuendo, quod sensum mutet, vel variet intellectum sui manu propria publicavi, in fidem me manu propria subscripsi.

1479 In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Domini millesimo Quadringentesimo septuagesimo Nono Indictione duodecima. Die vero 24 mensis martii. Actum Faganee in domo infrascripti Nicolai danielis, presentibus ibidem Benignus Egregio Viro Valentino quondam Leonardi de Magistris de Utino, Joanne quondam Stephani de Cicunico et Joanne quondam Stephani de Arcano superiori testibus ad haec vocatis, et rogatis.

Itaque cum sit quod Nobiles Viri Jacobus Odorici Antonius de Francischinis Leonardus de Laurentijs Marcus quondam Luccigli Jo. Baptista quondam Federici de Topo, Odoricus quondam Asquini nec non Nob. Bernardinus de Radiussijs omnes consortes Castri Faganee fecissent, constituissent et ordinassent eorum Procuratores Nob. Viros Nicolaum danielem de Radiussijs et Hectorem quondam Nob. Joannis Hectoris etiam consortes eorum et dicti Castri specialiter et nominatim ad recuperandum, et rehabendum omnes voces generalis parlamenti Patriae Fori Julij, prout in Pristinum habebant, nec non honores, utilitates privilegia, et regalias tacitas, et occupatas homines, et Communitatem Faganee etc. In quo procuratorio ipsis constituentibus attribuerunt plenam licentiam, et authoritatem substituendi unum et plures Procuratores loco sui, et eos etiam revocandi etc. prout de ipso procuratorio plene constat manu mei Notarij infrascripti in suis millesimo Indictione etc. nunc vero ex authoritate ipsis Nicolao danieli et Hectori data et concessa ut supra scriptum in dicto Procuratorio, idem Nicolaus daniel suprascriptus omnibus meliori modo via, iure et forma, quibus melius et efficacius scivit, et potuit tam de iure quam de consuetudine fecit tanquam constitutus ut supra suprascriptus, ordinavit et solemniter substituit suos veros nuncios actores, factores et legitimos ac indubitatos Procuratores Nob. Viros Hectorem suprascriptum, ac etiam constituit idem Nicolaus daniel suo proprio nomine ipsos Bernardinum et Hectorem absentes tanquam presentes, et eorum quemlibet insolidum ita quod occupantis conditio potior non extat, sed quod unus eorum inceperit, alius mediare valeat, et finire, et perseverare idem

ipm Nicolaus daniel in eodem uices suas, donec duxerit eas revocandas
specialiter, et nominatim ad recuperandum, et reinbeundum, ac requi
rendum uoces generalis parlamenti, ut supra, et omnes alios
honores, utilitates, priuilegia, et regalias occupatas per homines
et Comitatem Faganee ipsis Consortibus, et generaliter ad omnia
et singula alia spectantia et pertinentia ad causam suprascriptam
cum omnibus et singulis suis dependentibus, et connexis tam
in agendo quam in defendendo quomodocumque et qualitercumque
coram Ill.mo ac Ser.mo Duc. Dom.o Nostro Venet. p. d. Ill.mo
excelsoque Consilio X.m Auditoribus, locumtenentibus, et aliis qui
buscumque officiis, et rectoribus ac officialibus, tam ecclesiasticis
quam secularibus, tam in Utina Iurisdictione quam extra. Ad
gerendum, petendum, requirendum, acquirendum, et recupe
randum, ac respondendum, et defendendum in iud.o et extra
testes et quascumque personas producendum, et iniungendum
ac periurio videndum, opponendum, et excipiendum, liti
contestationem et faciendum, et exequendum omnia contenta
in suo mand.o etiam si maiora forent ex premissis, que
magis mandatum requireret speciale, et que facere ip
se substituens posset, si personaliter adesset. Promittens quoque
dictus substituens mihi Not.o infrascripto stipulanti ut publice
persone uice, et nomine omnium et singulorum quorum inter
est, vel in futurum quomodolibet interesse, se perpetuo
firmum ratum et gratum habere, tenere, atque ... et
quidquid factum gestum, et procuratum fuerit in premissis, et
quolibet premissorum per dictum substitutum ... in levando
per in revelando sub hipotecha, et obligatione constituentis.
Promittens habere ratum, et firmum ipse Nicolaus daniel
suo proprio nomine.

Et Ego Ioannes Baptista Notarius et Cancell.s Fagan. Banchi ... omnibus
suprascriptis rogatus fui scribere scripsi, signo, nomineque meis ap
positis, et consuetis in fidem et testimonium omnium et singulorum
premissorum.

1525 In Christi Nom.e Amen. Anno a Nativitate eiusdem 1525. Ind. 13 die
ueneris 22 maggii ...

Cum officio Clar.mi D. Locumt.tis fuissent due querelle. Altera
per Io.m Mariam de Laurentiis et Consortibus Faganee contra

Bertossium

Bertossium Julianj Antonium Bonum, Blasium Bonum, Floritum Leonem Bertuli Macurj, Celum domini Hieronymj, et Odorium eius fratrem ex causis, de quibus in ea scognitis in loco Faganeę Altera vero q eundem & Joannem Mariam, et & Thomam eius fratrem contra Floritum suprascriptum, ex causa de qua in ea tamen sup eis formato processu comparuissent intervenientes q sp: Communitate Faganeę pro interesse Jurisdictionis sue una cum preclaro Doc. dno Jacobo Florio eiusdem sp: Comunitatis Sindico p: petitarum remissione. mag. et Clar.mo D. Augustinus de Mula Urbis Turis Locumtenens Generalis. Audito predicto D. Jacobo et predicta sp: Comunitate in contradict.o cum suprascripto & Io: Maria querelante sup eiusmodi remissione petita Visisque pluribus remissionibus & Clar.mos Predecessores nostros factis eidem sp: Comunitati de eiusmodi causis et etiam valde gravioribus Una V: facta & q.m Clar.m D. Paulum Barbo altera q q.m Clar.m D. Hieronymum Vendraminum et Ultima facta q eius Mag.tia sub anno presente. Visisque oblationibus q parte eiusdem sp: Comitatis productis, et precipue ultima, qua pro tollendis suspicionibus partis adverse offert se d.ta Communitas in assessorem assumere unum ex assessoribus sue magnificentie, aut sp: D. Vicarium, aut sp: D. Cap.eum seu quemcumque alium, nollens in aliquo illius Jurisdictioni derogare, sino q viribus conservare juxta mentem et intentionem illius duc. Dnij. querelas predictas cum processibus sup inde formatis remisit ad predictam sp: Communitatem, cum obligatione tamen suprascripta ultima V: quod in assessorem assumat sp: eius D. Vicarium seu sp: D. Capitaneum, et hoc ne unquam q aliquem suspicio aliqua allegari possit, sed ut recte, et sincere procedat judicium, et ius et justitia sup eisdem ministretur, salua semper appellatione, mandans de his pub.co fieri documentum.

Actum Utini in Camera Audientie. Presentibus sp: et Excel.mis Doctoribus D. Paulo Docaigno Justinopolitano Vic.o et Christoforo Bonuisino Cap.o et sp: D. Joanne Bapta de Mun.. Cancellario testibus.

Thomas Locij Not. ord. Cancell.

Di Mand.o sp: D Consultoris, Juratorum, et Consiliariorum, ... prepos... tium sp: Communitatem Faganeę citetur, et proclametur ...

Thomas dictus Magistri quondam Laurentij de Laurentijs de Faganea
qui in termino dierum novem proxime futurorum, quorum 3 pro primo 3 pro secundo
et reliquos 3 pro 3° ultimo et peremtorio termino eidem
assignamus, legittime comparere debeat coram predicto Domino
Capitaneo Juratis et Consiliarijs ad se deffendendum et excusandum a querella sive reconventione contra ipsum producta
per Floritum generum Bertuli Pracanitti de Faganea ob vulnus
illatum in personam dicti Floriti, vel prout latius in dicta
reconventione sive querella contra ipsum producta continetur
aliter ipso non comparente contra ipsum procedetur prout
iuris fuerit eius contumatia in aliquo obstante.
Datum Faganee 24 maij 1526.

Joannes Pentanus Notarius et Cancellarius Mandato

1526. Indictione 14. Die 12 Junij. Actum sub Logia Burgi Faganee. Presentibus
magistro Michaele Fabro de Faganea et Simone quondam Joannis Cristophori de Martignacco.
Philippus constitutus Michilesius de Michilesijs preco et nuncius Communitatis Faganee virtute sui officij retulit mihi Notario infrascripto, qualiter die martis proxime preterito, que fuit quinta instantis
mensis Junij ad instantiam Thomasij de Laurentijs presentavit Domino Capitaneo, et Juratis Faganee, tunc pro tribunali
sedentibus sub Logia Faganee ad ius reddendum quoddam
mandatum ex parte Magnifici et Clarissimi Domini Locumtenentis, quod non
debeant procedere ad ulteriora in certa reconventione
cuiusdam rixe inter predictum Thomasium ex una et
Floritum generum Bertuli Pracanitti ex alia. Item similiter
predictus preco retulit ad instantiam suprascripti
Thomasij hodie presentasse quandam citationem predictis
D. Capitaneo et Juratis existentibus in iudicio ut supra et
ipsis precepit ut in ipso mandato et citatione continetur.
Et Ego Antonius de Hippolitis Notarius Faganee rogatus scribere
predicta scripsi.

1526. Clarissimus Dominus Locumtenens audito Joanne Maria ex Consortibus Faganee
exponente coram eius Magnificentia qualiter Thomasius eius frater
citatus fuit diebus preteritis per Juditium Faganee ad comparendum
coram eo ad se defendendum a quadam querella contra ipsum
instituta per quendam Floritum de dicto loco ocasione vulnerum
eidem

eidem illatas, ac insultus in eius Gesmum facti instant pro-
pterea inhiberi debere eidem, ne contra dictum eius fratrem
tali de causa ad ulteriora procedat, stante privilegio, et
exemptione Castellanus Lutrie, quod non possit ab alio tam
in civilibus quam in criminalibus iudicari, praeterquam a
mag.cis d. Locumtenentibus, Auditis ex adverso nuncijs
covratis, oci pred.ti Faganeę cum sp.li d. Jacobo Florio doc.re
dicentibus, et allegantibus pred.um Thomasium eius Castellani
privilegio non obstante in presenti casu subesse ipsi iud.o
Faganeę, ex eo quod idem Thomasius, et frater prius
querelaverunt contra dictum Floritum, et alios nonnullos de
dicto loco, quorum querela deinde remissa fuit eidem iud.e
et sic ob ipsis querelatis iuste potuerunt ad illud et Tribunal
trahi, saltem quia ratione reconventionis etc. Visis omnibus, et
quibuscumque iuribus per parte productis et consideratis conside-
randis terminando declaravit quod pred.um iudicium Faganeę ad
querelam antelati Floriti procedi non posse, neque debere contra
memoratum Thomasium stantibus praeallegatis, sed ex officio
mag.cię suę.

Laus Deo

Lata, data, et promulgata fuit supraposita sententia per Clar.mum d. Locumt.em
in Castro Utini in Camera suę solitę audientię sedente sp.li d.
Joanne Bapta a Monte Cancello sub die penult. Julij
1526. Presentibus d. Jo. Bapta de Franciscinis et Cosmo
patavino testibus etc., et assignavit nuncios pro dimidia salarij

Lune 6. Augusti 1526.

Utini sub Logia Palatij. Presentibus ibidem Andrea A. de
et Germano Bellino Not.is publ. et alijs etc.

Stephanus Horatius Parzottus Cobillarius Utini sacramento sui officij Retulit
mihi Not.o se die Lune proxime preterita pro eadem die citasse
personaliter ad instantiam Nob. Joannis Marię, et Thomę de
Laurentijs de Faganea sp.lem d. Jacobum Floritum doc.rem de Utino
uti sindicum sp.lis Communitatis Faganeę coram Clar.mo
Locumt.te ad audiendum sententiam in causa inter ipsas
partes vertente de qua in actis cancellerię suę mag.cię
penes quam ipsa sententia etc.

Nicolaus [illegible] de Utino publ. Not. [illegible] scripsit et [illegible] rog.tus etc.

1502 In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem domini 1502. Ind. quinta die vero primo mensis februarii. Actum sub Logia Faganee. Presentibus ibidem ser Hyppolito Notario Francisco Pauli Leonardo Sachiana Preconibus testibus adhibitis, et ad hec et aliis ibique in Iudicio coram ser Io. Baptista de Cremona honore castaldione Faganee sedente ad suum Iure reddendum cum ser Petro, et Bartolissio suis Iuratis.

remissio Iudicii Fag. ad d. Locumtenentem super pignora pro datio cum sive Fag. contra N. D. Laurentium de Laurentiis

Pro Ioanne Petro de Cuminis contra ser Laurentio de Laurentiis de Faganea. Comparuit Io. Petrus filius ser Io. Francisci de Cuminis de Faganea, tamquam daciarius Comunitatis Faganee ex una, et ser Laurentius de Laurentiis de ipso loco ex altera in iudicio presenti, in quo dictus Ioannes Petrus dixit quod istis diebus proxime elapsis misit ad pignerandum cum precone Comunitatis iuxta consuetum ipsum ser Laurentium, cui ser Laurentius recusavit velle consignare pignus ipsi preconi, et ut retulit preco dicens quod ipsum ser Laurentium citare fecit ob hanc causam, et instetit ipsum condemnari ad solvendum et dandum sibi datium de Vino per ipsum vendito ut supra cum expensis, sicut tempore elapso solvit. Prefatus ser Laurentius dixit quod male et indebite ipsum citare fecit, quia non intendit ipsum conveniri facere ad iudicium predictum quia non est subditus huic Iuditio, tamquam consors huius Loci. Ideo dixit quod si intendit idem ser Io. Petrus contra ipsum agere quod ipsum citare faciat coram Mag.co Domino Locumtenente tamquam eius Iudice competenti, petens quod remittatur ad eius predictum Iudicem si intendit contra ipsum agere cum expensis. Prefatus ser Ioannes Petrus dixit quod pro datio debet huic Iudicio respondere sicut tempore elapso servatum fuit, predictus ser Laurentius dixit ut supra non teneri. Unde auditis ipsis partibus prefati domini Iurati declaraverunt quod idem ser Ioannes Petrus ipsum ser Laurentium citare faciat coram ipso domino Locumtenente si aliquid intendit agere contra ipsum, remittendo ipsum ser Laurentium ad eius iudicem, condemnando ipsum ser Ioannem Petrum in expensis.

Et Ego Flori filius olim Egregij Viri Ioannis Baptistae Cancell. Faganeae publ. Imp.li Aut.e Not.s ex commissione mihi facta per Mag.cum et Clar.mum D. Augustinum de Stuli (?) Prae.tem Jurisdictionis Locumtenentem dignissimum prout inveni in notis, et abreviaturis Patris mei Not.ij suprascripti nil addendo, vel minuendo quod sensum mutet, aut variet intellectum suppra manu propria publicavi in quorum fidem me manu propria subscripsi

Ex Libro Sententiarum.

Die 18 martij 1545.

1545 | Laudum DD. Auditorum Veterum terminationis Navarri (?) minori.

In Christi Nom.e Amen. Anno a Nativitate ejusdem Dni Nri Jesu Xpi 1430 Ind. 8.a Die 2do mensis 8bris. Actum in pascuo nominato Sanzuet confinantium Faganee et Ciconici. Presentibus ibidem Ven.li Viro Presbitero Antonio olim Dnici de Venetiis officiante in Villa de Zuconico: nec non Nob. Viro Pregnani olim Nob. Viri ... de Villalta Federico q. Nob. Viri Odorici de Fontebono Utini habitante, Mathiussio olim Jacobi de Bazaglapenta, et Lirussio olim Tumburlini de Villalta testibus ad hec vocatis specialiter, et rogatis.

De omnibus litibus, causis, differentiis, questionibus, et querelis, que sunt vertuntur, seu que verti, et oriri possunt, ac sperantur ... Homines, et Comitatem Faganee ex una parte et Homines et Comitatem Ville de Zuconico parte ex alia nomine et occasione certorum excessuum, ut dixerunt, commissorum, et factorum per homines, et Comitatem Ville de Zuconico, vel aliquem ipsorum Ut. incidendo lignam in pascuo de Savalons, quod est pascuum commune in pasculando inter homines, et Comitatem Faganee ac homines, et Comitatem Ville de Zuconico. Item incidendo eisam iuxta stratam nuncupatam per homines, et Comitatem Fag.e capita pascui de Savalons per homines, et Comitatem Ville de Zuconico appellatum Dict de prunossa, item incidendo, et roncando eisam in quodam pascuo sito iuxta pontem de Bazaglinta confinantiis, et Ciconici, vocatum vero per homines, et Comitatem Faganea Palut Sanzuet, et per Homines et Comitatem Ville de Zuconico nuncupatum

paturi pratum juxta paludem Sanzuet, item nomine et occasione cuiusdam aque site juxta paludem Sanzuet, et pascuum nominatum Sanzuet, item nomine et occasione cuiuscumque pertinentis quam dicte partes sibi invicem usque in presentem diem facere possent, occasione pasculationis et stratis eundo et ipsas Coitates tam in commni quam indiviso ad eamdem pascua, et redeundo. Nunc vero Honorandi Viri Antonius quondam Andree Stozanini, Laurentius olim Thomasii, et Venutus quondam Joannis Bertuli tamquam Sindici et Procuratores Hominum, et Coitatis Faganee prout de dicto Sindicatu dixerunt constare manu quondam Nicolai Notarii quondam Philippi de Faganea in 1429. ind. 7 die 7. mensis Februarii. Necnon Jacobus Livussii, Jacobus Colussii et Nicolaus olim Vicardi Sindici et Procuratores Hominum et Coitatis Ville de Zucunico prout de dicto Sindicatu dixerunt constare manu quondam Joannis Notarii filii magistri Jacobi Sartorii de Faganea Utini habitatoris in 1429. Ind. 7a die dominico 7. mensis Januarii. Unanimiter, et concorditer compromiserunt in sapientes, et egregios iuris doctores Joannem quondam Moysi de Utino, et dominum Antonium de Clodaniele Utini habitatores ac Simonem de Zucunico ibidem presentes, et hoc onus compromissi in se sponte suscipientes, et acceptantes tamquam in arbitros arbitratores, et amicabiles compositores, bonos Viros et communes amicos Dantes et concedentes dicte partes eisdem dominis arbitris arbitratoribus amicabilibus compositoribus bonis Viris et communibus amicis plenariam licentiam, potestatem, facultatem et bayliam audiendi, cognoscendi videndi discernendi, sententiandi, componendi, transigendi, arbitrandi, arbitramentandi supra premissis, et quolibet premissorum ac eisdem dependentibus, emergentibus, et connexis, alte, basse amicabiliter de iure, et de facto qualibet die, hora, et loco sedendo et stando hodie et totam diem presentem. Promittentes quoque dicte partes dictis nominibus Videlicet dicti quondam Antonius olim quondam Andree Stozanini Laurentius olim Thomasii, et Venutus quondam Joannis Bertuli, tamquam Sindici et Procuratores Hominum et Coitatis Faganee et cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium, et immobilium presentium, et futurorum. eiusdem Coitatis et expensarum litis et extra ac interesse se dicte partes ad invicem solemniter obligando stare, parere, et obedire omnibus laudo, sententie, pronunciationi, compositioni, arbitrio, et arbi-

arbitramento

:tramento ferendo, pronunciando, sententiando, transigendo, componendo declarando, arbitrando, et arbitramentando, quo memoratos Dominos arbitros arbitratores amicabiles compositores bonos viros et communes amicos super praemissis, et quolibet praemissorum, ac eisdem dependentibus, emergentibus, et connexis, et ab eis vel aliquo ipsorum componendo, sententiando, arbitrando et arbitramentando, et componendo non appellare, seu reducere et reduci facere ad arbitrium boni viri sub poena centum ducatorum auri, cuius poenae medietas cadat parti firmum ratum et gratum habenti, tenenti, et ..... quidquid sententiatum compositum, arbitratum et arbitramentatum, et transactum fuerit per antedictos Dominos arbitros arbitratores, amicabiles compositores bonos viros, et communes amicos super praedictis, et quolibet praemissorum, ac eisdem dependentibus emergentibus, et connexis Reliqua vero medietas cadat domino, qua poena soluta vel non, praesens nihilominus instrumentum compromissum, ac omnia et singula, quae eius virtute sententiabuntur, componentur, arbitrabuntur et arbitramentabuntur perpetuam obtineant roboris firmitatem. Renunciaveruntque dicti sindici dictis nominibus exceptioni quod ipsos non sic facti, et celebrati compromissi, exceptioni doli, mali, in factum actioni omnique alij suo Legum, et iuris auxilio tam canonicorum quam civili, cum quo vel quibus se defendere vel tueri possent. Quo quidem compromisso sic per dictos Sindicos dictis nominibus facto et celebrato memorati Domini Arbitri Arbitratores amicabiles compositores boni viri et communes Amici tamquam diu plene informati de iuribus ipsarum partium hinc inde, quae ex ipsis producere, et allegare voluerunt tam verbo quam in scriptis. Requirentibus dictis Sindicis dictis sindicariis nominibus et ab eisdem dictis arbitris arbitratoribus amicabilibus compositoribus, bonis viris et communibus amicis admonitis ad audiendum intelligendum, et fieri videndum eorum sententiam laudum compositionem, arbitrium et arbitramentum. habitaque super his matura ac diligenti deliberatione Christi Nomine invocato, ex cuius vultu cuncta recta procedunt iudicia in scriptis sequentes. Primo, et ante omnia

sententiaverunt

sententiaverunt, composuerunt arbitrati et arbitramentati abs-
uendo Homines et Comitatem Villę de Zuccnico a dictis assertis
et fursijs q dictos Homines et Comitatem ut dicunt fecisse in
buscando, sive in vencando in pascuo de Janalins, et in Vic-
nominata trat Benessus, seu alios nominatos capita di Janalins nec
non in pascuo Sanzuet. Item sententiaverunt, composuerunt
arbitrati et arbitramentati fuerunt quod Homines et Comitas
Villę de Zuccnico non possint nec valeant nec in communi, nec in-
diviso secare et herbam facere in dicta area sita iuxta
pascuum Sanzuet, et palludem Sanzuet, sed solum pasculare.
Item sententiaverunt, composuerunt, arbitrati et arbitramen-
tati fuerunt quod Homines et Comitas Villę de Zuccnico in communi,
et indiviso possint et valeant pasculare, herbam secare, et
boscare in pascuo Sanzuet incipiendo a quodam termino
sito et posito iuxta quandam Braidam teneri curie [illegible]
rectam q Dominicum Zanoij de Tajanea eundo recta linea
usque ad quendam magnum lapidem, sive terminum situm
in dicto pascuo, et de dicto termino usque ad quendam terminum
modicum a longe pontis de Basaglutta, et hoc versus mon-
tium. Similiter Homines Tajanea possint et valeant pasculare
herbam facere secare et boscare in dicta parte pascui Sanzuet
in communi et indiviso. Item sententiaverunt, composuerunt ar-
bitrati et arbitramentati fuerunt si Homines et Comitas Tajanę
iverint ad eorum pascua, sive ad ... in communi, et in-
diviso eundo q stratam possint et valeant pasculare non
trahendo moram, nec firmum stando in pasculando sine
aliqua pignoratione facienda q Homines et Comitatem Villę
de Zuccnico, seu eorum custodem, et sine aliqua solutione multę
si vero traherent moram, et firmi starent ad pasculandum
in Tabella, et pascuo illorum de Zuccnico, quod pignorari
possint, et valeant, et solvere multam. Item si Homines
et Comitas Villę de Zuccnico iverint cum eorum animalibus
in communi, et indiviso ad eorum pascua, et ad laborandum
quod possint, et valeant q stratam pasculare non trahendo
moram, nec firmi stando in pasculando, sine aliqua pigno-
ratione illorum de Tajanea, et sine aliqua solutione multę,
si vero traherent moram, et firmi starent in pasculando quod

tunc possint pignorari & illos de Fagunea et mottum solue-
re debeant. Item sententiauerunt, composuerunt, arbitrati
et arbitramentati fuerunt, quod omnes, et singulæ
sententiæ inter ipsas partes hincinde aliqualiter va-
maneant in eorum firmitate, et eisdem in aliquo non de-
rogando, sed ipsas non confirmando. Item sententiaue-
runt, composuerunt, arbitramentati fuerunt absoluendo
partes ab expensis hincinde factis. Item sententia-
uerunt, arbitrati et arbitramentati fuerunt, quod dictæ
partes hincinde laudare, emologare, et approbare
debeant dictam eorum sententiam, compositionem, ar-
bitrium et arbitramentum sub pœna in compromisso ad-
iecta. Quam quidem compositionem, sententiam
arbitrium, et arbitramentum dictæ partes hincinde
laudauerunt, emologauerunt, et eidem aquieuerunt.

Et Ego Matheus filius magistri Iacobi Bellisarij de Utino Agrit.
Dioc. publicus Imperiali Auctoritate Notarius omnibus et singulis suprascriptis dum sic agerentur, et fierent una cum prenominatis testibus præsens fui, eaque sic fieri uidi et audiui ideo rogatus scribere fideliter scripsi, et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis appositis et consuetis in fidem, et testimonium omnium, et singulorum præmissorum.

In Christi Nomine Amen.
Iouis 4 Xbris 1578.

Pro Nob. D. Ioanne et Nob. DD. Consortibus Faganea. Quo sic petente.
Clarissimus D. Locumtenens de Euandro in Castro sedens delegauit eius
Excell. D. Vicario Causam uertentem cum Sp. Costitute Faganea sub
quodam mandato manu Egregij Sbaiath Notarij ut dixit, im-
petrato ab eius Excell.a audiendam, et expediendam.

De Euandro.

Sedente Excell. Iureconsulto D. Antonio Medulo Vicario in Castro
extraordinarie

Pro suprascripto D. Ioanne cum præd.ta Sp. Costitute. Auditis eodem Ioanne cum
Excell. Doc. D. Flaminio de Rubeis Ad. et una, et S Ioanne Baptista
Meynurdo, et D. Augustino Meneghino Procuratoribus dicte

Sp.lis

Sp.lis Coitatis cum Excel.te Doc. D. Stephano Methuen ad ... altera sup mando manu Ser. Bucatti Notarij impetrato die X. octobris prox.i pret.i q ipsum D. Joannem Excelens D. Vic.s imprimis mandatum ipsum reformauit in illis uerbis Vid. Non possi esser giudicato et meno tassato d'alcuni sudditi. mandando loco ipsorum uerborum apponi alia huiusmodi Verba Vid. Non possi esser giudicato, et meno tassato d'altri che dal Cl.mo Sig. Log.te. Deinde ex quo pretium Vini q ipsum D. Joannem dati et uendendum Limitatum fuit a duobus et Ddnis Consortibus et quatuor de numero duo decim, et non a pred.to D. Joanne declarauit, quod bene limitatum esse intelligatur, declarando etiam quod deinceps negotiis Vini uendend. de possessionibus, et introitibus ipsorum DD. Consortium apponi debeant duo sigilla. Alterum Vid. pred.ctorum DD. Consortium alterum uero ipsius Sp. Coitatis utrumque tn appositum esse intelligatur nomine et authoritate Cl.mi Dni Locumt.tis absoluendo ambas partes ab expensis litis de causis, et sine preiud.o iurium utriusque partis in reliquis.

{S.(N.)} Theophilus Sporenus Not.s pub.s et Collegio Vtini premissum Actum cum declaratione ex Notis suis aliena manu descriptum rogatus publicauit.

Nos Daniel Foscareno q Ill.mi Duc. Do. Venetiarum Vtini Fori Julij Locumtenens fidem facimus, et attestamur suprascriptum D. Theophilum Sporenum esse Not.m authenticum, et de Collegio huius Ciuitatis, cuius scripturis publicis hic et ubique locorum fides adhibenda est.

Vtini die 24 Februarij 1579.

Valentinus de Lullis Not.s Canc.

Nos Joannes Paulus de Lechu Cursus Capit.s: prussaniis, Euonisque, Consilium, et Communitas terre Glemone fidem indubiam facimus, et uendicit attestamur, quod Ill. Nob. D. Petrus Asquinus ex Nobilibus Fagania Glemone iam diu habitans est Ciuis Nobilis, et Consiliarius dicte Terre pluribus iam annis ad Ciuitatem ipsam et Consiliarum ordines ellectus, in quorum fidem sic requisiti ab eo has dari iussimus sigilli nostri maioris robaratas.

Glemone 7 Aprilis 1580.

(Fides DD. Glemone D. Petrum Asquinum ex Nob. Fagania esse Ciuem Nob. et Consiliarium d.te Terre.)

Sigillum) Aegidius Cornelius Mag.ce Coitatis Glemone mand. scripsit subscripsit et sigillauit.

Anno Dni. Millmo Ducentes.o Decimo Nono. secunda die intrante Xbrio Ind.e 7.a in presentia Warnodi militis, Robel militis, Jacobi militis de Strasov,

precipuè juxta tenorem et aliorum Laus à parte Dnorum A. Patre
Evadery, et Pa. Plebani S.ti Pauli de Venetijs, Dno Autuico de Strasor
duas Litteras ipsorum Dnorum sigillis sigillatas presentans hunc tenorem
habentes A. Dei Gratia S. Evadery Ecclesiæ Patria, et Dalmant Primas
et Pa. S. Pauli de Venetijs Plebani, Viro Nob. et discreto Au
:tuico de Strasor salutem in eo, qui est omnium salus, Noscat
tua discretio Nos super à summo Pontifice Litteras recepisse
quarum tenor talis est. Honorius Episcopus Servus servorum
Dei Ven. Fratri Patriæ Evadery, et dilecto filio Pa. Plebano S. Pauli
de Venetijs Castell. Dioc. salutem, et Apostolicam benedictionem spera
bamus, quod populus Tarvisinus, qui pro damnis, et injurijs irrogatis
Bellunen. et Feltren. Ecclesijs, est ab unitate fidelium separatus, men
tante pene ipsis Ecclesijs satisfaceret, et ad sinum Ecclesiæ cum de
:bita humilitate rediret, sed obstinata eorum malitia ostendit
eos esse de illorum numero, quorum dicitur Dominus ipse percussi
sti eos, et non doluerunt, contrivisti eos, et renuerunt acci
pere disciplinam. non solum enim, non curarunt satisfacere
supradictis Ecclesijs, sed et censura Ecclesiastica, et pro consequens
propria salute contempta, nequitiæ nequitiam cumulantes ad
versus Apost.cam Ecclesiam inceperunt extendere manus suas Vasallos
et ministeriales ipsius suæ jurisdictioni subijcere, ac cum eis conjurare
contra eandem Ecclesiam presumendo adeout armata manu disponant
procedere contra eam, et sic Ven. Fr. Nr. Apost. Patr., et suffra
ganei ejus nobis lacrimabiliter intimarunt, ut pro saltem pro confusione
ad utilitatem Ecclesiasticam citius revertantur, si à fidelibus videant
evitari. dilectis filijs Duci ac populo Venet., nec non Veronen. Vicen.
ac Paduano Potestatibus, et Civibus dedimus in preceptis, ut predictos
Tarvisinos quamdiu persisterint in ejusmodi contumacia in commercijs,
et contractibus tanquam excommunicatos evitent nec alicujus causæ
deratione. obtentu predictam Ecclesiam presstent eis in tam iniquo
proposito auxilium, vel favorem, sed potius ad conservandum
jus suum assistant pro reverentia divina, et necessaria Ecclesiæ
memoratæ. Ideoq: per Apostolica scripta mandamus quatenus Ducem
Potestates, ac Cives predictos ad id moneatis prudenter efficaciter
inducatis, Porro Tarvisinos ipsos moneatis sollicite; ac diligenter
inducere studeatis, ut juramenta relaxent, quæ à ministerialibus
et Vasallis Apost. Ecclesiæ in prejudicium ejus illicite receperunt, nec
obtentu illorum, quæ in damnum Ecclesiæ temere presstiterunt
eisdem.

eidem mandant terras et iura Ecclesie memorate in eos si secus
facere attentaverint, interdicti et excommunicationis sententias appel-
latione postposita proferentes. Ipsis vero Ministerialibus et Vasallis
inhibeatis expresse ne occasione colligationum in preiudicium
nequitie factarum cum civibus antedictis Ecclesiam ipsam infestare
presumant, aut eidem subtrahere iura sua. presumptionem eorum
si secus facere attentaverint per censuram Ecclesiasticam appellatione
postposita compescentes.

Datum Venetijs 14. K. Novembris Pontificatus Nri Anno 4.to

Exequentes itaque iuxta districtionem nre obedientie mandatum Apostolicum se-
cundum formam nobis datam, auctoritate qua fungimur, tibi inhibemus ne
occasione colligationum, quas in preiud. Ecclesie nequitie Diocesis fecisse
cum civibus Tarvisinis Ecclesiam Aquilegien. infestare presumas, aut eidem
subtrahere iura sua, scientes quod si secus facere tentaveris, mandatum
Apostolicum aure surda non poterimus, sicut non debebimus pre-
terire.

A Dei gratia S. Euandensis Ecclesie Abbas Primus, et Pl. Plebanus S.
Pauli de Venetijs Viro Nob. et discreto Arrico de Strasso salutem
in eo, qui est omnium salus. Cognoscat prudentia vra nos
nuper recepisse Litteras Apostolicas, quarum tenor talis est.
Honorius Episcopus servus servorum Dei Ven. fratri A. Abbati
Evanden. et Pl. Plebano S. Pauli de Venetijs salutem et Apost.am
benedictionem. Ven. fratris nri Patriarche Aquilegien. sua nobis petitione
monstravit, quod cum inter Nobb. Viros J. de Camino, et Hen-
ricum de Villalta, et quosdam alios Vasallos Aquileien. Ecclesie ex parte
una, et eiusdem Ecclesie Ministeriales ex altera super damnis iniu-
riis ipsis Ministerialibus a nobilibus antedictis, questio emersisset
tandem in ipsum Patriarcham tanquam in arbitrum sub iure iurando
et certa pena fuit a partibus compromissum, sed dicti Nobiles eius
stare arbitrio recusantes in nullo gravari se ad appellationis diffugium
converterunt. Quocirca discretioni vestre per Apostolica scripta
mandamus, quatenus dictos Nobiles ad standum super his ipsius Patriarche
arbitrio ut...mento per penam in compromisso statutam sublato appellationis
obstaculo compellatis.

Datum Viterbij 13. K. Julij Pontificatus nri Anno 4.to

Verum quia mandatum D. PP. pretenire non possumus, nec debemus
auctoritate qua fungimur, tibi precipiendo mandamus, quatenus
die 16. intrante mense Julij prox. vent. coram Nobis Venetijs ve-
niatis per Dnm Patriarche Aquileien. responsuri.
Actum apud Strasor feliciter.

Eodem die. Actum apud Porpetum in presentia Henrici de Zuccola q. Andree de Cinans dictis militibus de Porpeto, Martini Evadori et aliorum. Dictis Laus a parte predictorum dominorum Lathe Evadorum, et Elebuni q. Pauli de Venetijs D. Odorlico de Porpeto, et Rodulpho de Savorgnano cuilibet eorum consimiles Litteras supraposti presentauit.

Eodem die, actum apud Rosumbergh in presentia D. Girardi militis fratris D. Jacobi de Rosumbergh Verlici Villisini militis ~~fratris dni~~ Henrici Balistarij, et aliorum. Dictis Laus a parte predictorum dominorum Lathe Evadorum, et Elebunis q. Pauli de Venetijs D. Jacobo de Rosumbergh unam Litteram presentauit consimilem suprapositi Litterae meae.

Eodem die actum apud Tontebinum in presentia Rodulphi Balisterij qui est Litteratus Federici filij Odorlici de Colmaly, Henrici q. Scutiferi D. Rodulphi et q. Odi Fergeschini, et aliorum predictis Laus a parte dictorum D. Lathe Evadorum, et Elebunis q. Pauli de Venetijs D. Dietrico de Tontebino unam Litteram presentauit consimilem suprapositi maioris.

Eodem die actum apud Caminacum in presentia Conradi fratris nostri Ormeboni Federici ipsius Conradi famuli, Henrici Scutiferi D. Henrici militis de Caminaco, et aliorum predictis Laus a parte dictorum dominorum Lathe Evadorum, et Elebuni q. Pauli de Venetijs, D. Valerino de Vandoij, unam Litteram presentauit consimilem illi Dietrici de Tontebino.

Tertio die Actum apud Sonebergh in presentia Michaelis de Feney presbyteri Porpeti q. Leonardi de Camena Lanisij de Castain, Pelegrini de Sobeolz, magistri Jacobi Cinendori, predictis Laus semel bis, et tertio clamauit ut dimitteret superius in Castrum de Sonebergh dicens quod uolebat presentare Litteras D. Leonardo, et eius fratri Lemario a parte predictorum dominorum Lathe Evadorum, et Elebuni q. Pauli de Venetijs, sed ipsi de Sonebergh ipsum Laus superius dimittere nolentes precepimus optime Castri portam firmari.

Quinto die Actum apud Buccinicum in presentia Acini militis de Bulcinico Ducis militis filij dni Villielmi de Buccinico Henrigetti filij q. Xant Cononis Scutiferi, Louisini de Manzano, et aliorum. Suprapositus Laus a parte dictorum dominorum Lathe Evadorum, et Elebunis q. Pauli de Venetijs, D. Albnio et eius fratri Vamaro de Buccinico dans Litteras presentauit consimiles superius scriptis.

Ego Albertus Imperiali auctoritate Notarius hijs omnibus interfui, et hic rogatus

Militia Vniuersae Lathae Verisimili tempore
Dni Ludovici Patriarchae

1360

et Primo.

	Illmo. Dnus Lutuardus-	Eques XXXII —	Balistas - VIII
militia Dnic Tusinatis	D. Eppi Concordiensis	El. - VIII	Bal. - II
	Capitulum Aquileiense	El. - X	Bal. - II
	Abbas Bellunen.	El. - II	Bal. -, o
A Vicedominis	Prepositus S.ti Stephani	El. - IIII	Bal. I
	Monasterium maius Aqu.	El. - II	Bal. - II
	Abbas Rosacen.	El. - III	Bal. - I
	Abbas Mosacen.	El. - III	Bal. - I
	Abbas Sextens.	El. IIII	Bal. - I
	Capitulum Civitaten.	El. - X	Bal. - II
	Monast.m maius Civit.	El. - I	Bal. - I
	Capitulum Utini et Prepositura S. Odorici	El. - I	Bal. - I
	Prepositus Carnee	El. - I	Bal. - o
A Castellanis	Ruvatta	El. V	Bal. - IIII
	Nobilibus	El. - VI	Bal. - IIII
	Purlinicum	El. - IIII	Bal. - IIII
	Auianum	El. - I -	Bal. - I
	Mossegalis	El. - I	Bal. - I
	Manzacum	El. IIII	Bal. - I
	Pinzanum	El. - I	Bal. - I
	Toppum	El. - I	Bal. - o
	Spegnimberch	El. VIII	Bal. - II
	S. Vitus	El. - II	Bal. - I
	Sbrionaria	El. - II	Bal. - I
	Lauenzaga	El. - I	Bal. - I
	Salvarolum	El. - I	Bal. - I
	Meduna	El. - o	Bal. - II
	Azzanum	El. - o	Bal. - I
	Zunarium	El. - I	Bal. - o
	La Tuattina	El. - II	Bal. - II
	Flagonea	El. - I	Bal. - o
	Villatta	El. - I	Bal. - II
	Cammucum	El. - I	Bal. - o
	Vruspergum	El. - II	Bal. - I

Tagunea	el.	ii	Bal.	i
Vurmentum et Tricanum	el.	v	Bal.	iiii cum uno Dextenio
Brazacum superius et Brazacum inferius	el.	i	Bal.	i
Turrana Bona	el.	i	Bal.	i
Collovedum	el.	vi	Bal.	iiii
Mels	el.	ii	Bal.	ii
S. Daniel	el.	iiii	Bal.	ii
Pers et Susanum	el.	i	Bal.	i
Ragonea	el.	i	Bal.	i
Spilimbergum	el.	ii	Bal.	ii
Cassacum	el.	i	Bal.	o
Arthenea	el.	o	Bal.	i
Vendoium	el.	i	Bal.	o
Buia	el.	i	Bal.	i
Attemps	el.	ii	Bal.	ii
Cucanea, Zerhstains et Valuasonum	el.	x	Bal.	vi
Strassoldum	el.	iiii	Bal.	ii
Manzanum	el.	ii	Bal.	i
Budrium	el.	i	Bal.	i
Castellum et Tarcentum	el.	iii	Bal.	ii
Varmum superius	el.	ii	Bal.	i
Dethalmus de Varmo inferiori	el.	o	Bal.	i
Regiadum	el.	o	Bal.	i
Cergneum inferius	el.	i	Bal.	i
" superius	el.	o	Bal.	i
Communitas: Aquileia	el.	i	Bal.	i
Vtinum et Sauorgnanum	el.	xxxii	Bal.	viii
Ciuitas Austrie	el.	xii	Bal.	iiii
Glemona	el.	vi	Bal.	iiii
Monfalco	el.	i	Bal.	i
Tulmetium	el.	ii	Bal.	o
Sacillum	el.	ii	Bal.	ii vel iii si poterit
Canipa	el.	i	Bal.	o
Sacelum, Zuuf et Luincis	el.	i	Bal.	o

Venzonum

Venzonum — el. — iiii — Bl. — ii
Marvanum facit pediti.
Zoppola — el. — i — — Bl. — o

S.N. Et Ego Simon Not.s de Lavaria Civis Utinensis publ. Imp.li Auct.e Not.s ex commiss. mihi facta, prout inveni in notis olim ser Jo.is Notarii q. S. Zuberini de Novate de Mediolano tempore D. Ludovici della Turre Patriarchae Cancellarii accepi, ita et me subscripsi &.

Sequitur etiam ipsi alia similis diversi tamen temporis.

1366

Vocati ad Primordialem missam per R.mum in Xpo Patrem et D.num D. Marquardum Dei Gratia S.tae Sedis Aquil. Patriarcham dignissimum die Dom.co 19 Aprilis in Aquil. Ecclesia celebratam cum clenodiis et aliis &.

Suffragia exhibita, et infrascriptos, ut cuilibet in calce apparet.

Episcopus Tergestinus dedit . . . .
Capitulum.

Episcopus Paduanus unum urceum coopertum, et unam cuppam sine pede planam coopertam
Capitulum

Episcopus Veronensis Cevenum unum cum Duc.tis XXii.
Capitulum.

Episcopus Tergestinus Cevenum unum cum denariis
Capitulum

Episcopus Cenetensis
Capitulum

Episcopus Vicentinus cevenum unum cum Duc.tis XXii.
Capitulum

Episcopus Justinopolitanus
Capitulum.

Episcopus Concordiensis unam cuppam cum pede, et smaltis.
Capitulum

Episcopus Emonensis
Capitulum

Episcopus Polensis Florinos XII
Capitulum.

Episcopus Parentinus.
Capitulum

Episcopus Tarvisinus unam cuppam cum pede
Capitulum duos taccos

Episcopus Petenensis
Capitulum.

Episcopus Conetensis unum cyphum cum pede
Capitulum

Episcopus Mantuanus
Capitulum

Episcopus Segniensis

Episcopus Huspensis.

Domini Mediolanenses

Magnates cum certis civitatibus

D. Dux, et Coe Venetiarum duo bacilia, duos platinas, tres cyphos coopertos cum pedibus, et tacias, et crateras XII.

D. Paduanus unam credentiam, et duos cyphos cum pedibus.

D. Veronensis

D. Marchio Estensis

Communitas Florentie

Communitas Pisarum unum bursam cum centum florenis

Comes Croatie

Comes Goritie

Comes de Pisino

Dni de Collalto

D. Rizzardus de Camino unum platenam magnam plenam

D. Gerardus della Motha

Communitas Tergesti tres cyphos cum pedibus.

D. Comitissa Goritie

Prelati Alemanie) Archidiaconus Carintie
Archidiaconus Carniole, et Marchie
Archidiaconus . . .
Abbas Ottemburgensis
Abbas Victriensis
Abbas in Arnolstayn
Abbas Siticensis
Prepositus Junensis
Prior in Vrenuit
Abbas Milistatensis

Prelati cum clero intrinseco) Decanus Aquilegiensis ceream unum cum denariis
Capitulum
D. Paganus della Turre unam cuppam plenam cum pavio pede
D. Romaguinus ceream unum cum denariis.

Decanus Civitatensis cereos duos cum denariis.
Capitulum

Decanus

Decanus Vtinensis marchas solidas septem
Capitulum

Abbas Bittiniensis unam cuppam cum pede
Abbas Sextensis
Abbas Rosacensis
Abbas Mosacensis unam cuppam cum parvo pede

Praepositus S.ti Stephani Aquileiensis
Capitulum

Praepositus S.ti Petri in Carnea
Capitulum

Abbas Summagensis unam cuppam cum pede
Abbatissa Monasterij Aquileiensis cuppam unam cum pede
Abbatissa Civitatis Austriae unum cyphum cum pede

Civitates Foriiulij
Aquileia sex tacias
Vtinum duas cuppas, unam magnam, et unam parvam cum pedibus
Civitas Austriae duas tacias magnas sine pede
Glemona quinque torcia cum marchis denariorum XII
Maranum duos cereos cum denariis
Monsfalco duos cereos cum denariis
S.ti Vitus unum cereum cum denariis
Sacillum unum cereum cum denariis
Medunum
Tumetium cum Carnea cereum unum cum denariis
Comunita Cadubrij ducatos LX in una bursa
Venzonum unum cyphum de Christallo cum pede, et florenos XXVI
Portus Gruarum unam cuppam cum pede

Illi de Marchia marchionis istriae
Muglia cereos duos cum denariis
Buglis
Parentis
Emonium
Rovinium
Pola
Duo Castra
Albona
Flanona

Nobb. de Castris Foriiulij
Prata D. Manfredus unam taciam
Alij duo unam magnam cuppam cum pede
Porciliae torcium unum cum denariis
Polcenicum torcios 4uor cum denariis
Villalta D. Meynardus de Villalta torcium unum cum denariis

Castellum unum cyphum magnum sine pede
Gravoldum. Heredes D. Henrici fortium unum cum dent.
Gabriel et Bernardus ceveos tres cum dent.
Spegnimbergum unam cyphum cum pede
Auianum ceveum unum cum dent.
Maniacum.
La Fratina fortium unum cum dent.
Celuercnum.
Laurenzaria
Strojenucca.
Valuasonum D. Simon unum cyphum sine pede
Azzanum.
Varmum.
Zoppum.
Tricanum.
Colloretum D. Simon de Collorето ceveum unum cum dent.
D. Joannes ceveum unum cum dent.

Mels.
Levs.
Caminacum.
Moruttum.
Cerncum.
Fracum.
Bruzacum. superius et inferius.
Tarcenabium ceveum unum cum dent.
Fagnea ceveum unum cum dent
S. Daniel ceveum unum cum dent.
Tricesimum
Spilimbergum ceveum unum cum dent.
Pertistagnum
Attemps.
Cucanea D. Odoricus unum cyphum sine pede
Budrium.
Manzanum Guarnerius et Pantaleo ceveum unum cum dent.
Vendoium
Ragonea
Zoppola
Corrupa Coiter ceveos duos cum dent.
Alij Dnī et Visime D. Franciscus de Savorgnano unum cyphum cum pede coopertum.
D. Lazarus de Savorgnano unam credentiam cum linguis serpentinis
D. Federicus de Savorgnano unum cyphum sine pede coopertum.
Abbas S. Danielis ceveum unum cum dent.
Prior S. Antonij de Venetijs unum platenum planum.

D. Nicolaus

D. Nicolinus della Turre unum magnum equum
D. Nicolussius Ovlik
Filij dni Guarnti da Lisono duas tacias.
D. Joannes de Manzanis Unam cuppam de nuce cum argento deaurato.
D. Phebussius della Turre unam cuppam cum pede.
Antonius della Turretta Campanus unum calicem
Filij Corvini de Burlis unum confrenum cum pede
Plebanus Tricesimi unum ceveum cum denarijs.

Nota quod ultra premissa dati sunt tres annuli omnes aurei, quorum unus est fulcitus margarita, et ignoratur quis dederit.
Item sunt duae cuppae plenae cum pede plano et alia sine pede, et ignoratur similiter quis eas dederit.
Item est una cuppa de masero ornata argento cooperta.

Potestas Aquil. ceveum unum cum marcha una.
Uxor dni Potestatis ceveum unum cum marcha dimidia.
Potestas Marani ceveum unum cum denarijs
Plebanus Versiae ceveum unum cum denarijs
D. Castellinus della Turre ceveum unum cum denarijs.

Suprascripta omnia constant manu ser Joannis de Susanis q.m ser Odorici Notarij exemplata per Andream de Utino in 1366 omnia tamen in fine quaedam exordinanum Belloni senioris Notarij

1300 Conceditur militibus, Clericis, Castellanis, et Dominalibus de Forojulio quod ab eis non auferatur dacium de pannis, quos de Venetijs acceperint ad faciendum vestes, et insuper omnia dacia insueta si quae noviter imposita sunt in preiudicium et gravamen hominum Patriarchatus Aquil.sis D. Dux, et Coe Venetiarum remittunt ex gratia, statuentque sub hoc antiqua consuetudo debeat observari. Et hoc reperitur in Libro pactorum Cancelli maioris signato dto Libro 4. in instrum.to notato ad CLXXI

Gratia Ill.mi Dnij Venetiarum Castellanis Patriae.

Dominus dux concessit et Coe Venetiarum Nobilibus, Castellanis, Clericis, et Dominalibus de Forojulio, quod non accipiatur dacium de pannis quos de Venetijs acceperint ad vestes faciendas.

LVII. Quod militibus Castellanis. Clericis, et Dnalibus de Forojulio non accipiatur dacium de pannis.

Anno Nativitatis. Christi 421 Ultimo anno Leone innocentij primi natione Appmesis, Pape innocentio, Regnao Patanensis. feliciter

et copiose florente. Regentibus rempublicam Iuliano de Gentana
Simone Blancunibus, et Antonio Calvo de Lomarijs Consulibus, imperan-
tibus Honorio cum Theodosio filio Arcadij. decretum est per Consules, et
Senatum Patavensium, ac dilectos primatis populariumque edificare
Urbem circa Rivum altum, et gentes circumstantium insularum
congregare. Ibidem terram unam potius quam plures partes ha-
bere, classemque paratam tenere ex ac: [illegible] maria perlus-
trare, et si casus bellorum acciderent, hostium ne potentia
cogeret securum illuc habere refugium, et Visa Gottorum
multitudine, et insania verterebantur, et recordabantur quod in
anno Christi 413 ipsi Gotti cum rege eorum Alarico venerant
in Italiam, et ipsam provinciam igne et ferro vastatam reli-
querunt, et ad Urbem processerunt spoliantes eam. Unde Pa-
vienses ~~mete~~ Gottorum iam aliis factis et quae eo tempore fie-
bant a parte australi et occidentali venientes millesimo
quadringentesimo 421 die 16. martij. decreverunt Urbem portualem
et refugialem construere circa hostium fluvij. Prelati illa
dicitur Rivus altus, quae ex collectis multis in insulis maris
et Lacunarum gentibus de provincia Venetiae fecerunt, et Venetias
voluerunt appellare, et missis illuc tribus Consulibus, qui eu-
[illegible] dispositioni.
Die 25 martij eius fundamentum factum fuit circa horam
meridiei. Ad laudem dei. bonis auctoribus

Nomina Consulum missorum.

Adalbertus Falerius }
Thomas Candianus } Consules missi anno 421.
Comodaulus }

Laurentius Caula }
Maximus Lucius } Consules missi anno 423.
Brago Hugascus }

Extractum ex Archivio Patavensi, antequam Palatium concremaretur

Christophorus Mauro Dei Gratia Dux Venet. Nobilibus et sapientibus Viris Francisco
Venerio de suo mandato Comiti [illegible], et successoribus suis
fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Inclinati supplicationibus
nobis porrectis parte fidelium, et hominum Villae Montegliani sub-
ditorum.

ditur. Nob. Consorti[?] de Strassoldo eidem concedimus, et volumus
quod ipsimet incidant medietatem nemoris Cois Mortegliani, re-
liqua vero medietas reservetur pro usu, et commoditate ipsius
Villę, et habeant ipsi homines, eam commoditatem, quę cęteris
Vicinis[?] dari consuevit. Verum non incidatur, neque buscketur[?]
lignamina apta ad fabricam, vel operam. Et hoc pro hac
vice tantum non derogando tamen quod huiusmodi concessione[?] aliquo
aliquo modo iuribus et iurisdictioni nobilium de Strassoldo, ac
etiam hominum, et Cois Villę Mortegliani.

Datum in nro Duc. Palatio Die 13 Julij Ind. 2 1462.

1487 Die primo Aprilis in Maiori Consilio.

in Libro Stella c. 83.

Observantia Privilegiorum in prima acquisitione spectat Consilio X. Alia vero D. Advocatoribus

1487. Post deliberationem factam per hoc consilium sub Die 13 maij 1486 quod
observantia privilegiorum et concessionum per Dominium hominum
factorum et indultorum fidelissimis Civitatibus, terris et Locis nostris
tam in prima acquisitione earundem, quam postea de tempore
in tempus devolutam Consilio nostro X. tantus concursus, et frequen-
tia personarum in dies fit ad capita consilij nostri X. predicti et
in tantum occupata eorum audientia, ut nihil possit, nec
appareat, nec esse indignius, vel certius alienius a reputatione
et dignitate tanti consilij ob eius creationem constructi, nisi
ad tractationem gravissimarum et importantissimarum rerum tan-
gentium statum nostrum, et quod propterea non convenit, et
omnibus tamen consideratis respectibus ita dominium[?], sed
in sua reputatione, et reverentia apud omnes conservari
eapropter:

Vadit Pars, quod pars predicta Diei 13 maij supradicta reformetur, et
corrigatur in hunc modum Videlicet quod remanente consilio nro X.
in solita et pristina potestate super observantia illorum tantummodo
privilegiorum, permissionum et concessionum, quę per Dominium nostrum
vel per repraesentantes illud promissa concessa, et per eius a nra
confirmata fuerunt in prima acquisitione hoc est qui prima
vice predicti venerunt ad obedientiam nostram, vel ad
petendum ea de gratia, Cętera vero privilegia, sive
observantia illorum aliorum omnium privilegiorum, concessio-
num, et capitulorum, quę postea de tempore in tempus per Dominium

nostrum concessa fuissent restituantur, et remittantur, et vadant ad consignationem officii Advocatorum nostrorum Comunis, sicut fiebat ante suprascriptam partem diei 15 Maij 1486 usque partis captae in hoc Consilio die 28 Xbris 1468. Ceterum quoniam quasi in omnibus prius concessionibus promissionibus, et privilegiis praedictis continetur, quod ipsis Civitatibus, Terris, et Locis deberent observari statuta, et consuetudines eorum cassum et declaratum sit, quod attento, quod cognitio huiusmodi statutorum observandorum est multum contentiosa inter Litigantes tam propter diversitatem, et articulos statutorum quam aliam multiplicem observantiam propter ea huiusmodi statutorum, et nunc committatur officio Advocatorum nostrorum praedictorum, ut ex omni parte remaneat provisum, et satisfactum fidelissimis Civitatibus, Terris et Locis nostris praedictis ꝛc.

Exemplata suprascripta parte per me Bartholomeum de Fugatijs Notarium publicum Venetiarum

Franciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum. Nobilibus et Sapientibus Viris Delphino Venerio de suo mandato Locumtenenti Patriae Foriiulii, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. In Litteris nostris datis 13 presentis mensis, quas vobis scripsimus super quadam Lite seu differentia, quae esse videtur inter aliquos fideles nostros occasione cuiusdam decimae in Villa Sancti Odorici Iurisdictionis Capituli Utinensis in Civilibus, in conclusione diximus quod adhaerentes oppinioni vestrae deliberavimus quod in quibuscumque aliis casibus, et causis, in quibus aliqui tam Clerici quam Laici petere vellent, aut agere contra aliquem Laicum vos essetis iudex et cognitor, et ius faceretis, si vero aliquis contra Clericos agere vel petere vellent irent ad superiores suos, quoniam actor sequi debet forum rei sicut in illis nostris Litteris continetur. Nunc vero auditis iis quae pro parte Capituli Utinensis nobis exposita sunt de iurisdictione, et superioritate, quam dictum habuit, et habet in ipsa Villa in civilibus per privilegia, constitutiones et antiquas consuetudines illius Patriae, sicut habent plurimi alii Praelati, Nobiles, et Comitates Patriae in variis locis, et Villis. Vobis iterum scribimus, et declaramus, quod intentio nostra est, sicut

praedictorum

predictus, quod si clerici, vel Laici agere, vel petere volunt contra clericos, vadant ad superiores suos, ita quod actor sequatur forum rei, intelligendo tamen quod propter hoc non contrafiat, nec derogetur iuribus, privilegijs, ac jurisdictionibus dicti Capituli Utinensis aut alicuius capitulorum, Prelatorum, Nobilium, vel Comunitatum illius Patrie, sed volumus quod omnes ipsi in eorum iuribus privilegijs, iurisdictionibus, et antiquis consuetudinibus conserventur, quibus vigore presentium Litterarum nostrarum nolumus aliquod preiuditium generari.

Datum in nostro Ducali Palatio die 29 mensis Aprilis. Ind. 8. 1445.

1446. Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum. Nobilibus et sapientibus Viris Mattheo Victuri de suo Mandato Locumtenenti Patrie Forijulij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Quamquam certi reddamur quod omnes fideles nostros patrie in eorum antiquis iuribus et consuetudinibus observetis, tamen ad requisitionem Egregij fidelis nostri Phebi della Turre ad presens Capitanei Pisini, qui nunc fuit ad presentiam nostram mandamus vobis, quod ipsum, seu suos in jurisdictione Castri illius patrie conservetis, nec permittatis contra ipsum, vel suos contra eius iura, et antiquas consuetudines aliquid innovari.

Quod Nobb. Patrie in antiquis iuribus et consuetudinibus conserventur

Datum in nostro Ducali Palatio die 20 maij Ind. 9a. 1446.

1468. Christophorus Mauro Dei gratia Dux Venetiarum. Nobilibus, et sapientibus Viris Angelo Gradenico de suo mandato Locumtenenti Patrie Forijulij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Pro parte Nobilium Castellanorum Patrie Forijulij Nobis expositum est per Nob. Virum Aloysium de Attimis, quod Licet ex privilegijs, et consuetudinibus suis ipsi non possint, nec debeant trahi ad aliud iudicium quod ad Tribunal vestrum, et ita hactenus servatum sit, et sic sit mentis nostre, sicut etiam apparere debet in commissione vestra, attamen nonnulli diversis exquisitis coloribus, et per vias indirectas conantur ipsos Castellanos ad aliena iuditia trahere. Ideo mandamus Vobis expresse, ut penitus provideatis cum effectu omni exceptione remota plenissime serventur privilegia, et consuetudines dictorum Castellanorum, et illis nullatenus aliquo exquisito

colore directe vel indirecte contravenias, et pro bona executione huius nostre constantissime intentionis, et mentis servate omnes illos modos, qui convenientes prudentie vestre videbuntur, ne surreptitie contra fiat ullo modo.

Dat. in nostro Ducali Palatio die 27 Augusti 1468.

Recepte die 19 7bris 1468.

Sp. et Egr. Amici Car.mi Conquestum est apud off.m nostrum parte attinentium Ven. D. Rizardi de Strassoldo Can.ci Aquil. quod cum superioribus diebus se recepisset in Utinum a quodam Thomasio de Lombardo Cive Utini fuit percussus in pectore, et de dicto casu conquestus Tribunali videtur quod expeditio eius impeditur quia fertur, Communitatem illam Utini instare quod Capitaneum vestrum et alios deputatos debeat expedire contra ordines, et mandata Ducalia, et consuetudinem hactenus observatam quum casus et cause Castellanorum et Nobilium Patrie audiri et expediri debent per vestrum Tribunal tantum petitum propterea fuit per nos super premissis debite provideri sicut in similibus solitum est observari. Quare habentes petitionem eorum esse honestissimam, et iuri consonam quum satis notissimum est nobis, quod Locumtenens illius Patrie in casibus, in quibus interveniunt Nobiles et Castellani Patrie predicte iustitiam unicuique ministrant ac sit per ducale Dominium alias expresse declaratum. Ideo ex off.o nostro vestras requirimus Sp. quatenus nullatenus permittatis quod Cap.s vester, ac deputati se impediant in casu ipso sed Vos ipsis videndo et audiendo audiendis iustitiam et ius ministrare, sicut conditio casus expostulat omni cum celeritate sicut etiam certo credimus, per vestra intelligentia facietis.

Joannes Mocenico et }
Vitalis Lando, Doc. et Miles } Auditores Communis Venetiarum.

Venetiis die 21 9bris 1472.

Sp. et Egr.gio Viris D. Benedicto Venerio honorando Locumt.i Patrie Forijulij, et successoribus suis.

R.ta die 28 9bris 1472

1478. Joannes Mocenico Dei Gratia dux Venetiarum. Nobili, et Sapientibus Viris Joanni Hemo Militi de suo mandato Locumt.i Patrie Forijulij fideli dilecto salutem et dilectionis affectum. Significamus Vobis quod

heri

heri in nrō Consilio rogatorum capta fuit pars tenoris infrascripti vid.t

De taleis fiendis per castellanos et communitates. — facit, quod nrō Dnīo considerantes pericula Status nrē Patriē, propter obsiduas incursiones turcorum providere per omnem viam, et modum, quod in d.ta Patriā in omnem eventum habeatur ille maior numerus equitum, et peditum, qui possibilis sit pro obstando viribus inimicorum. Cum itaque reperiantur in ipsa Patriā nonnulli Castellani, et Coitates, qui, et quē obligati sunt dare ad omnem Casum, et necessitatem mittere ad omnem ordinem et mandatum nostrum, vel Rectoris nrōs d.tē Patriē certum numerum tam equitum, quam peditum causa pheudorum suorum a nrō Dnīo habitorum, prout patet in actis, et scripturis Cancell.ē nostrē Utini. Et post taleam, et taxas prēdictorum factas et descriptas per Ser.mum Principem nostrum tunc Locumt.tem prē.dtē Patriē, nulla amplius facta fuit descriptio quē necessaria fienda est. Vadit pars, quod scribatur, et mandetur Locumt.ti nrō Fori, quod immediate facere seu fieri facere debeat descriptionem et taleam omnium suprascriptorum Castellanorum, et Coitatum obligatorum ut supra. Qua talea, et descriptione facta, precipere eis omnibus debeat nrō nomine, quod se ponant in ordine et in puncto, itaut ad omne eius mandatum ire et equitare possint quo sibi fuerit impositum secundumque fuerit opus, et prout ipsi tenentur. Quare Authoritate prē.di nrī Consilij Rogatorum mandamus Vobis, quatenus suprascriptam partem, et omnia in eo contenta observare, et observari facere, et exequi inviolabiliter debeatis.

Datum in nrō Duc. Palatio Die 18 Januarij Ind. 12 1478.

1335 In Christi Nom.e Amen. eiusdem Nativitatis millesimo Tricentesimo Trigesimo Quinto Ind.e 3a. Infrascripta sunt facta in Colloquio Generali celebrato Utini per Ven. Patrem et D.D. Beltrandum miseratione divina S.tē Sedis Aquil.is Patham. die 4. mensis Julij in quo interfuerunt infrascripti Nobiles proceres in Sala inferiori Castri, et Palatij patriarchalis.

Parlamentum R.mi D. Beltrandi Patha. occasione Belli veneti

D. Gulielmus decanus Aquil.is
D. Fr. Ludovicus Abbas Sextensis.
D. Fr. Gulielmus Abbas Mosacensis.
D. Guido decanus Civitatensis.

D. Anselmus Canonicus Aquil.
D. Gulielmus D.s Canonicus Ciuitat.

D. Odoricus miles
Simon eius filius
D. Thomasutius
Thomasutius eius Nepos
} de Cucanea.

D. Hector de Utino miles.
D. Antonius miles de Brazzacco.
D. Jacobus miles de Carmono.
D. Gulielmus miles de Vngrispach.

D. Joannes
D. Odoricus
Meynardus
} de Villalta.

D. Nicolaus de Rugonea
Generalis Bartolus de Pers.
M.r Jo.s phisicus.
Matheus Notarius
} de Aquileia.

M.r Odoricus Nots.
Hendricus de Camin
} de Utino.

D. Hermannus Comes de Ortemburgh
D. Rayneriius de Cucanea de Vegliz.
D. Philippus de Luz.

D. Asquinus
D. Vicardus
} de Colloredo.

D. Federicus de Pramperg
D. Ricardus de Inicano.
D. Conus de Strassoldo.
D. Gulielmus de Manzano.
D. Joannes d. Liuarotto.
D. Dionisius de Varmo.
D. Bellus de Sauorgnano.
D. Bottius de Melsio.

D. Matthiussius
D. Nicolaus
} de Spilimbergo

D. Arnoldus
D. Nicolaus
} de Brazaco.

Nicolussius de Attimis
Conradus Bojanus
D. Vlrinus de Canussio
Philippus de Odorici Longi
Hendricus
} de Ciuitate.

Lubertus de Novaria Nots
Sandrus Bragnus Nots

Et alij tam clerici quam Laijci de Civitatibus, subditis, et servitoribus Ecclesie Aquil. in magna et copiosa multitudine ad hoc specialiter congregati. Propositis igitur per dictum d. Patriarcham prudenter, et provide sermonibus suis super hijs [illegible] quibus dictum Colloquium fuerat congregatum videlicet pro Guerram, quam faciunt, et movent dux et Comune Venet. contra Ecclesiam Aquil. tam in partibus Istrie quam in partibus Foriiulij, ac etiam propter spolia, oppressiones, et damna, que cum effectu inferunt, et inferre minantur eidem Ecclesie super terra Sacili. D. Ricardus de Camino supranominatus dixit, quod omnes sint viriles, et probi ad defendendum Ecclesiam, et libertatem suam. Quesitum fuit more solito ab omnibus quid consulebat, et quid videbatur agendum. Consultum fuit, et deliberatum, et provisum ibidem ab omnibus unanimiter nemine discrepante quod omnes liberi ministeriales habitatores, Civitates, et servitores universi Ecclesie Aquil.is constantes sint, viriles et probi cum pugnaverint pro iustitia, et Ecclesia dei, ac B.a Virgine Maria matre ac domina sua ad sequendum vexilla Ecclesie Aquil. et personam d. d. Patriarche qui personaliter corpus suum et omnia quecumque habet in mundo se obtulerat, et posita. pro defensione Ecclesie pro defensione libertatis pro defensione iustitie, et bonorum suorum, ne in servitutem cadant, et miseriam perpetuam, et quod omnes sint parati equis, et armis cum impositionibus suis, et quod non venientibus imponatur certa pena per dictum Colloquium, que penitus, et omnino exigi debeat et nullus relaxetur a pena predicta. Preterea dictum fuit per d. Decanum Aquil. predictum nomine d. Patriarche, et sui Consilij, quod cum res huiusmodi propter pericula incumbentia expeditionem requirant, facte erant quedam provisiones per d. Patriarcham, et Consiliarios suos super modo, et ordine servandis in Guerra et defensione predicta, quas audire deberet, ut si Colloquio placerent, procederent, si in autem fieret super predictis, prout melius eidem Colloquio videretur. Que tales sunt.

Inprimis quod die Veneris xx. post misse elevationem d. Patriarcha equitare debeat ad terram Quadruvij cum gente sua, et Ecclesie Aquil., ita quod ibi sit bona hora, et deinde. visa gentis sue quantitate

procedatur, prout suo consilio videbitur. Item quod tota Terra Fori Julij sit divisa per Quinterios, sive in quinque partes hoc modo.

1. Primus Quinterius sit Civitas Austriae cum toto eo quod est inter flumina Turris, et Judri, et cum tota Sclavonia, et collibus, et huius Quinterij capitaneus sit D. Philippus de Portis pro primo mense tantum, et Consiliarij sui sint D. Joannes de Cucanea, et Hermanus de Attemps

2. Secundus Quinterius est Civitas Aquileiensis cum dominio [illegible], et cum toto eo quod est subtus stratam altam, usque ad Tulmentum, et huius Quinterij sit Capitaneus D. Nicolaus de Castello et eius Consiliarij sint D. Henricus de Strassoldo et D. Galeas de Varmo pro primo mense tantum, tam capitaneatus quam Consiliarij modo simili duraturi.

3. Tertius Quinterius est Terra Utini cum toto eo, quod est citra flumina Turris et Judrium, et citra stratam altam usque Colloretum, Mels, Fleis, et S.tum Danielem exclusive, et usque Tulmentum et huius Quinterij Capitaneus sit pro primo mense tantum ut supra dictum est. D. Federicus de Savorgnano, et Consiliarij sui sint D. Odoricus de Villalta et D. Federicus de Mels.

4. Quartus Quinterius sit Terra Glemonae cum Tarcento, et quidquid est ultra Colloretum, Mels, Fleis, et S. Danielem inclusive, et cum Carnea, et Canali, Clusae et huius Quinterij sit capitaneus D. Articus de Prampergo modo praedicto pro primo mense, et Consiliarij sui D. Asquinus de Colloreto et D. Corradella de S. Daniele.

5. Quintus Quinterius sit totum id, quod est ultra Tulmentum, et huius Quinterij sit Capitaneus pro dicto tempore tantum unius mensis D. Gregorius de Spilimbergo, et Consiliarij sui sint D. Brisaleus de Porcilis, et Nicolaus de Lestra.

Quaquidem ordinatione divulgata quaesitum fuit ab omnibus de dicto Colloquio, si placeret dicta ordinatio, et quid eis videbatur et tunc singuli interrogati more solito dicentes, et respondentes ordinationem praedictam bonam, et utilem esse, et ipsam vigore totius Colloquij approbaverunt, et confirmaverunt.

Petito deinde per ipsum D. Patriarcham quid videbatur agendum, et quali poena puniendi essent, illi qui subditi sunt Ecclesiae Aquileiensis, et in tanto negotio inobedientes essent Domino Patriarchae, ordinatum fuit, et firmatum, quod privati sint proprio et feudo, et contra bona eorum procedatur ubicumque illa inveniantur, et

quod

quod extant, feratur sententia contra illos tales, et sic sententiatum fuit per omnes interrogatos more solito nemine discrepante quod quicumque non venerit, et non afuerint D. Patriarche pro predicta defensione, seu qui inimicis astiterint consilio vel favore publice vel occulte, et nunc privati sint sine aliqua citatione vel requisitione, et feudo, et pro rebellibus habeantur, de cetero Aquileiensis Ecclesie, et ad perpetuam memoriam, et confusionem, et rubborem eorum tamquam proditores Ecclesie Aquileiensis, depingantur in Palatijs Patriarchalibus Aquileiensis Civitatis Clemone et Utini, et quod nulle preces pro ijs audiantur, nec admittantur, et quod omnes de colloquio absolvunt D. Patriarcham ad mandandum sententiam hujusmodi executioni salvo ordine prelatorum ibidem existentium sub damnatione personali talium proditorum, et sic omnes de colloquio predicto iuraverunt agere, et facere tactis sacris scripturis ad sacra dei evangelia. Ordinatum fuit etiam ibidem tunc et firmatum per totum colloquium, quod deficientes in mostra et equitatu predicta iuxta impositionem unicuique datam, quicumque fuerint, si vero pedes fuerit pro prima die, quo non inveniatur in exercitu perdat viginti denarios, et deinde singulis diebus quibus non invenietur, perdat pro quolibet die octo denarios ad quas penas exigendas omnes de colloquio promiserunt per fidem eorum assistere D. Patriarche predicto.

Quibus sic factis idem D. Patriarcha illos de Arcano ad se vocavit, qui erant ibidem s. D. Rizardum de Arcano et Federicum de [illegible], et alios tres, ad quos spectat portandi banderiam Ecclesie Aquileiensis, et exercendi officium mareschalchi in exercitu predicte Ecclesie, ipsisque dedit banderiam Ecclesie Aquileiensis.

In Nomine Patris, et Dei Eterni, ac Beatarum Gloriose Virginis Marie Matris eius, et beatorum Martirum Hermacore et Fortunati Patronorum Ecclesie Aquileiensis prestito per ipsos sacramento ad Sancta Dei Evangelia toto eorum posse et quod non evitabunt mortem, vel terga vertent Hostibus pro defensione honoris, et libertatis Ecclesie Aquileiensis, et servitorum eiusdem, et quod iustitiam facient, et cetera, que spectant ad officium mareschalchi procurabunt, et adimplebunt iuxta possibilitatem eorum fideliter, et discrete. Sic Deus ipsos adiuvet, et sacra dei Evangelia.

Finito igitur colloquio praedictus D. Locum tenens mandavit quod D. sapientes et consiliarij remanerent, et se traherent in partem ad consulendum, tractandum, ordinandum et providendum super praedictis quae restabunt agenda pro custodia Terrae et aliis incumbentibus.

// In Dei aeterni nomine Amen.

Anno a Christo Redemptore nostro nato 1564 Ind. 7a Die vero Veneris 8 Augusti;

Praesentiam mag.ci et Gen.sis D. Marci Antonij Baffo pro ser.mo Duc. Do. Venet. Marani Faluni, et agri Potestatis dig.mi existentis in curia Palatij eius solitae residentiae. Comparuit D. Guliel. mus et Nob. consortibus Faganeae et interveniens pro R.do Dno Presb. Odorico de Faganea, et in manibus eius mag.tiae praesentavit Litteras Ducales hic inferius registratas petens et instans quod illarum executionem ipsum R.dum D. Odoricum eius fratrem induci et poni debere in tenutam realem et actualem, et corporalem possessionem Ecclesiae Patriarchalis S.ti Canciani de Lisuntio Aquil.n Dioecesis et in omnibus iuxta tenorem dictarum Litterarum quarum tenor est talis.

V. a tergo.

Nobilibus et sapientibus Viris Marco Antonio Baffo Potestati Marani Faluni et successoribus . . . intus vero sic.

Hieronymus Priolus Dei Gratia Dux Venet. Nobilibus et sapientibus Viris Marco Antonio Baffo de suo mand.to Potestati Marani Faluni, et successoribus fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Vacante Parochiali Ecclesia S.ti Canciani de Lisuntio Aquil.n Dioecesis, quam D. Marcus Solonius illius rector obtinebat per ipsius D. Marci liberam resignationem per eius procuratorem ad hoc ab eo speciale mandatum habentem in manibus R.di Dni Ioannis Grimani Patriarchae Aquil. sponte factam et per ipsum admissam. Idem R.mus Dnus Patriarcha Ecclesiam praedictam cum iuribus et pertinentiis suis contulit Presbitero Odorico de Faganea Aquil. Dioecesis, sicuti

da[...]

de premissis omnibus constat Litteris patentibus eiusdem Rmi Patriarche sigillo pendente munitis datis Venetijs in edibus eius residentie apud S.tam Marinam formosum Die hesterna. Quare mandamus Vobis ut eundem Presbiterum Odoricum de Fazana siue eius legitimum Procuratorem poni faciatis, et positum conseruetis in tenuta et reali possessione Eclesie predicte cum responsione omnium fructuum, prouentuum et redituum ad illam spectantium et pertinentium. Verum siquid haberetis in contrarium, supersedete et ad nos rescribite remanen in possessione inuentum cum Litteris nostris amonendo. Has autem registratas presentanti restituite.

Datis in nostro Ducali Palatio Die 24 Julij Ind. Xa. 1567.

Pro Cancellaria — Ducatos tres
Pro Apuis — Ducatos tres
Pro pietate — Ducatum unum.
Pro precaptibus — — d 3: -2
Pro Ecc — — d 1: —

Qui quidem Magnificus D. Potestas memoratus Visis et Lectis Literis ducalibus prenotatis et uolens, ac intendens prout pars est, predictas Litteras debite executioni demandare, iussit mihi Francisco Marino Iudarsi eius Cancellario quod sumpto mecum Commilitone accedere debeam ad Eclesiam prenotatam S.ti Canciani, ibidemque ministerio predicti Commilitonis inducare, et ponere debeam eundem Reuerendum D. presbiterum Odoricum in tenutam realem et actualem possessionem Eclesie parochialis predicte in omnibus et per omnia iuxta formam suprascriptarum Litterarum Ducalium. In cuius mandati executione Ego idem Cancellarius sumpto mecum Ser Anselmo Coyreye Comilitone eadem et die, et sic paulo post me contuli et accessi ad prenotatam Eclesiam S.ti Canciani. Ibique predictus Comilito meo presente, et iubente uice, et nomine memorati Magnifici D. Potestatis seruatis seruandis posuit, et induxit nemine contradicente suprascriptum Reuerendum D. Presbiterum Odoricum ibidem presentem, instantem, et requirentem in realem et actualem tenutam, et possessionem temporalem suprascripte Eclesie parochialis iuriumque et pertinentiarum suarum per traditionem et tactum clauium, et annuli ostiij Eclesie ipsius pulsationem campanarum ducendo illum ad altare maius tradendoque ipsi genibus flexis permanenti, et sic in illius manibus tobaleas ipsius altaris, subindeque illum sedere faciendo super stallo, siue cathedra Eclesie predicte et dicendo: Pono, et induco Vos in possessionem temporalem parochialis Eclesie S.ti Canciani in cuius Rectorem per nos uestra electus fuit, per Reuerendum, et Illustrissimum D. Patriarcham Aquileiensem

Itaque facio mand.o mag.ci dni Potestatis Montisfalconi Dni mei exe
quentis in hoc Litteras Ser.mi Dnij Venetz. aliaque faciendo, et
dicendo prout in similibus fieri et dici consueuerunt, precepitque
et mandauit ipse Commilito Zuppani Serinotto Docaro Ville pred.te
S.ti Canciani ibi representanti totum commune ipsius Ville tandem
presenti, et audienti, accersito per d. Commilitone una cum multis ex
uicinis ipsius Ville, ut sub pena ducatorum centum d.to D. Odorico
tanquam vero Parocho, et Rectori ipsius Ecclesie fructus, redditus et
prouentus dicte Ecclesie ubicunque existentes, et quandocunque, et qua
litercunque illi debitos et spectantes suis loco et tempore congruis
et opportunis respondere debeant. Presentibus Vincentio Cogno
minato Vicin, Livino Puppa, Martino della Parrochia et Zuppanino
de Thomasi omnibus de S.to Canciano, et alijs pluribus testibus ad
premissa uocatis, et rogatis.

Franciscus Marinus Cancell.s Montisfalconi pred.s scripsit, eduxit, et sigillauit in
fidem

Joannes Grimanus miseratione diuina Patriarcha Aquilei.s dilecto nobis in
Xpo Presbitero Odorico de Faganea nostre Aquil. Diocesis Rectori
Parochialis Ecclesie S.ti Canciani di Lisuntio dicte nostre Aquileis Dioc.is
salutem in Domino sempiternam. Vite, ac morum honestas, necnon
idonietas tua ad regendam Ecclesiam pred.tam, aliaque laudabilia pro-
bitatis, et uirtutum merita, quibus tam fidedignorum testimonijs
quam per patentes Litteras R.di D. Vic.ij nri Generalis personam tuam
insignitam esse percipimus, nos inducunt ad ea tibi fauorabiliter
concedenda, que tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna.
Cum itaque Parochialis Ecclesia pred.ta S.ti Canciani de Lisuntio, quam
dilectus etiam noster in Xpo D. Marcus Sotonius d.e illius Rector
et possessor obtinebat, per ipsius D. Marci liberam resignationem
per Procuratorem suum ad hoc ab eo speciale mandatum habentem
sub die vicinanona presentis mensis in manibus nris sponte factam
et per nos admissam, uacauerit, et uacet ad presens, cuius collatio,
prouisio, et omnimoda dispositio ad nos ordinarie authoritate
pleno iure spectare dignoscitur. Nos tibi premissorum meritorum
tuorum intuitu specialem gratiam facere uolentes Parochia
lem Ecclesiam antedictam S.ti Canciani de Lisuntio, ut premittitur,
quo alio quouis modo uacantem cum iuribus et pertinentijs suis
ordinaria authoritate nostra conferimus, et prouidemus, teque
licet absentem, sed tanquam presentem inuestimus etiam de eadem

Collatio Ill.mi et R.mi D. Patriarche Ecclesie S.ti Canciani Presb.o Odorico

presentium

— presentium [quae] teneri. Quocirca Universis, et singulis personis Eccle-
siasticis, notariisque, et tabellionibus publicis quibuscumque per Civitatem
et diocesim nostram Aquilegien. constitutis tenore presentium committimus,
et damus in mandatis, quatenus ipsi, vel eorum alter, qui super hoc a
te virtute presentium fuerint requisiti ad dictam Parochialem Eccle-
siam accedentes, te, vel Procuratorem tuum tuo nomine recepto
a te, et per te prestito in eorum manibus nostro nomine, quod
nobis, et successoribus nostris Patriarchis Aquilegien. canonice intrantibus fi-
delis et obediens eris, nostrisque, et successorum predictorum pare-
bis mandatis, et obedies, ac iura et libertates eiusdem Ecclesiae
manutenebis, et defendes, ac Ecclesiae predicte deservies, seu deser-
viri facies iuxta illius exigentiam laudabiliter in divinis, et
in eadem, prout teneris iuxta decreta sacri Concilii Tridentini
residentiam facies personalem, quodque bona et iura ad dictam
Ecclesiam quomodolibet pertinentia per te, vel alium non alienabis,
seu distrahes, imo alienata et distracta ad ius, et proprietatem
ipsius Ecclesiae reduces et reduci procurabis pro posse ad Sancta
Dei Evangelia corporali iuramento in corporalem realem et actua-
lem possessionem eiusdem Ecclesiae iuriumque et pertinentiarum predictorum
ponant, et inducant, et defendant inductum. Amoto exinde quolibet
illicito detentore, quem nos in quantum possumus amovemus,
et denunciamus amotum. Tibique, vel procuratori predicto de ipsius
Ecclesiae fructibus, redditibus, et proventibus, iuribus, et obventionibus
— universis integre respondeant, et faciant ab aliis quos spe-
ctat quantum in eis est, vel fuerit, plenarie et integre respon-
deri, contradictores quoslibet, et rebelles per censuram Ecclesiasticam
authoritate nostra compescendo. Invocato ad hoc, si fuerit opus, auxilio
brachii secularis. In quorum premissorum omnium, et singulorum
fidem et testimonium presentes fieri, et per Cancellarium nostrum infrascriptum
subscribi sigilli nostri iussimus, et fecimus appensione commu-
niri.

Datum, et Actum Venetiis in edibus residentiae nostrae apud Sanctam Mariam Formosam
Anno Nativitatis Domini 1567. Die vero 28 mensis Julii. Pontificatus
autem Sanctissimi in Christo Patris et D. Nostri D. Pii divina providentia
Papae Quinti anno eius secundo. Presentibus iisdem R. D.
Francisco Drusio Veneto iuris utriusque Doctore et D. Claudio Posetino
Heb. Jacobelli filio magistri Domini Jacobi familiare Nostro testibus
ad premissa vocatis, et specialiter requisitis.

{ Jo. Patha Aquilegien. / Victor de Prophetis Curiae patriarchalis Venetiarum
Cancellarius mandato subscripsit. {

In Christi Nom.e Amen. Anno ab eius Nativitate mill.mo Quingent.o sexages.o Septi-
mo Ind.e X.a die vero Veneris 8. mensis Augusti
Constitutus in mei Not.ii pub.ci, testiumque infrascriptorum presentia R.dus d. Presbiter
Odoricus et Nob. Foganea Rector Parochialis Ecclesie S.ti Cantiani
de Lisunko Aquil. Diocesis habens, et tenens in manibus retroscriptas
Litteras patentes Ill.mi D. Patriarche Aquil. Dioc. Collationis, et provisio
nis dicte Parochialis Ecclesie eidem d. presb.o Odorico facte subscri-
ptas de manu Presbiteri Ill.mi D. Patriarche publicatas per d. Victorem
de Maphcis Curie Patriarchalis Cancell.rii, et sigillo pendente munitas
sub data Venetijs in edibus residentie eius Ill.me dominationis apud S.tam
Marinam formosam sub die 28 mensis Julij prox. pret. illas
mihi Not.o infrascripto exhibuit, et presentavit debite me requirens
ut illarum vigore, et tanquam executor p.dictarum retroscriptarum Litterarum
deputatus eundem Dominum presbiterum Odoricum in tenutam realem
actualem et corporalem possessionem dicte Ecclesie iuriumque et per-
tinentiarum omnium eiusdem servatis solemnitatibus requisitis ponerem
et inducerem. Unde Ego Notarius infrascriptus receptis predictis
Litteris Ill.mi Dni Patriarche cum illis honore, et reverentia quibus
decet et ipsis visis, et lectis tanquam obediens filius prestito prius
iuram.to per ipsum d. Presb.um Odoricum iuvantem ad S.ta dei Evangelia
manutactis scripturis observaturum in omnibus iuxta seriem et
tenorem retroscriptarum Litterarum in manibus R.di D. Presb. Gaspari
...i de Prado ibidem presentis et in d.to loco habita eundem Dominum
Presb.um Odoricum ingrediendo p.dictam Ecclesiam S.ti Canciani facta
prius debita adoratione et tactu et osculum Cornuum ma
ioris altaris, pulsationem Campane, portam sive ianuam d.te
Ecclesie primo claudi deinde aperiri faciendo, Claves tam Eccle-
sie quam Sacrarij, et fontis S.ti Baptismatis eidem tradendo, et
demum servando omnes alias solemnitates in premissis fieri
solitas, ac alias a iure requisitas in tenutam realem et corpora-
lem possessionem dicte Ecclesie iuriumque et pertinentiarum omnium
eiusdem in dei omnipotentis nom.e nemine contradicente posui
et induxi, et inductum manutenere et conservari mandavi.
precipiendo etiam Gaspari Serinoto decano d.e Ville S.ti Canciani
et alijs ibidem presentibus, ut d.to d. Presb.o Odorico tanquam vero Rectori
et possessori vel eius legittimo Procuratori omnes et singulos fructus, redditus
et proventus d.te Ecclesie iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem suis
loco et tempore congruis, et opportunis respondeant, et ab alijs respondere
facerent

faceront, et omnia alia, et singula seruari, que in similibus fieri, et seruari solita sunt. De, et super quibus omnibus premissis idem Ld. d. Presbiter Odoricus Theuer ut supra petijt a me Notario publico infrascripto fieri Instrumentum. Acta fuerunt hec in Ecclesia S.ti Canciani de Lisuntio Aquilegiensis Dioc. predictae. Presentibus ibidem Livino q. Hermacuer ... de S.to Canciano, Martino q. Todori dicto della Barrjola de eodem loco, et Dominico Bonorza de Villa Cassiani testibus habitis, uocatis, et rogatis.

Jacobus de Laurentijs Not. publ. de Fagagna premissis omnibus, et singulis una cum prenominatis testibus requisitis interfuit, in istorum suscepit, et manu propria publicauit, ideo &. Laus deo

M·CCCLXXXVI

1386 In Christi Nomine Amen. Infra sunt scripta ad Aquileg.m patriarchalem mensam spectantes, quae me Odoricum de Utino patriarcalem cancellarium iuxta paruae capacitatis meae memoriam fideliter notati, et descripti, necnon Capitaneatus Gastaldiae ceteraque dictae mensae officia et pro quanto pretio annuatim communiter uendi solent, seu solebant, saluo pluri et minoris iuxta temporum dispositiones prosperas et aduersas.

Lucifer

Primo namque Capitaneatus Cadubrij cum iuribus, et iurisdictionibus suis ubi sunt duo castra S. Ilarij, et Butistagni ultra custodias ipsorum castrorum, quas Capitaneus ibidem deputatus proprijs sumptibus facere tenetur, et debet, uendi solet annuatim pro libris paruorum CCC et ultra.

Gastaldia Carnee ubi sunt duo castra s. Tulmetij et castri moscardi que custodiri debent expensis Gastaldionis ibidem ut supra uendi solet communiter annuatim pro marchis den. VIIII et ultra.

Capitaneatus Terrae Venzoni cum iurisdictionibus suis, aliquis concessus est gratis, et parum ualet.

Capitaneatus Terrae Glemonae ualet marchas den. LXX et ultra. et capitaneus deputatus tenetur proprijs sumptibus custodire castrum ibidem et, et Gastaldiam Artheneae.

Gastaldia Buie, ubi est unum castrum custodiendum ut supra solebat uendi pro marchis den. XX.

Gastaldia S.ti Danielis pro marchis den. XII

Gastaldia Fagagnae pro marchis den. XXIIII

Gastaldia Tricesimi ubi est unum castrum custodiendum sumptibus officialis ibidem ut supra uendi solebat annuatim pro march. den. LX et ultra

Gastaldia Sedegiani pro marchis den. XIIII

Capitaneatus Utini cum gastaldia, iuribus, et iurisdictionibus ut supra uendi solebat pro marchis den. LI et ultra.

Gastaldia Ciuitatis Austriae pro marchis den. XXV. et ultra.

Castaldia Anthi pro marchis denar. II. et ultra.
Muta Vani pro marchis denar. Li. et ultra.
Muta Civitatis Austriae pro march. denar. XL.
Castaldia Tulmini, ubi sunt duo castra unum vid. in monte, et aliud in
plano custodienda sumptibus officialibus ibidem ut sup. vendi solet
ultra ipsam custodiam pro marchis denar. V. et ultra.
Muta Cluse, quae nunc exigitur in Venzono vendi solebat annuatim
ut sup. pro ducatis auri III vel circa
Capitaneatus Montisfalconi, ubi est unum Castrum, sive Rocca in
monte custodienda ut sup. solet vendi cum iuribus et iurisdictionibus
pro marchis denar. LXX. et ultra.
Muta montisfalconi pro marchis denar. III et ultra.
Castaldia Marzani pro marchis denar. XLi
Potestaria Aquilegie pro marchis denar. XVI
Muta Aquilegie pro march. denar. XLi
sed his elapsis temporibus modicum valuit et valet propter guerram
Et pro dacio Aquileg. solebat solvi per Communitatem Aquilegie
annis singulis march. denar. XLi. medietas scil. in festo Nativitatis Domini, et reliqua medietas in festo B.ti Hermacore.
Castaldia Agelli pro marchis denar. XXIIII vel circa.
Potestaria Maranj pro march. denar. LXX. et ultra.
Castaldia Canisacj, et Palazoli pro march. denar. XIIII. et ultra.
Castaldia Nabule pro marchis den. III.
Castaldia Mossan pro marchis denar. XXVIII. et ultra.
Castaldia S.ti Viti pro marchis denar. C et ultra.
Capitaneatus Terre Portusgruarij cum gastaldia, et iurisdictione necnon
cum medietate daciorum eiusdem Terre vendi solet pro modico
quia maior pars expeditur pro custodia castri ibidem, tamen
ibidem percipi potuissent, et percepta summa ultra omnes expensas
Duc. Li et ultra.
Castaldia Medune, ubi est unum Castrum custodiendum ut supra vendi
solet annuatim pro march. denar. C et ultra.
Castaldia sive Capitaneatus S.ti Stephani, ubi est unum Castrum sive
Fortis Turris custodiend. ut sup. pro march. denar. C vel circa.
Castaldia Turris cum castri ibidem custodia, iuribus, iurisdictionibus
pro march. denar. XXIIII. et ultra.
Castaldia Aviani pro march. denar. XII vel circa.
Castaldia Maniaci modicum valet in pluribus retroactis temporibus
non fuit vendita, quia Nobiles de Maniaco pro eorum fidelibus

impensis

impensis servitijs illum ad eorum, qui fuerunt pro tempore terminum, habuerunt.

Capitaneatus Sacili, ubi est unum Castrum custodiendum et sub. cum custodijs Canipe et Cavolani q marchis den. C uel circa.

Marchionatus Istrie q libris parvum. mille.

Castrum Petre Pilose in Istria habetur seu possidetur pignoris tamen nomine sub certis pactis q D. Dominum de Castello, et spectat ad Patriarcham meram. ut supra.

Terra Mugle debet annuatim regaleam, et decimam Vini et olei; et D. Patriarcha habet ibidem de Potestate, et Rectore ad voluntatis sue libitum providere. tam ex privilegio antiquo, quam etiam virtute pactorum inter Bone memorie D. Marquardum Patriarcham Aquilegiensem ultimo conductorum. et sunt Vini Urne, et olei Urne. et singulis virtute dictorum Pactorum scriptorum manu q. Nicolussij Zerlini tunc Patriarchalis Notarij, tenentur ipsi de Mugla certam pecuniam dno Patriarche annuatim solvere q officijs supradictis.

Civitas Tergesti acquisita et redempta q D.D. Marquardum Patriarcham de manibus Venetorum illam occupantium debet ex pacto, et conventione ultra debitam fidelitatem, et obedientiam q cives ibidem in manibus ipsius Patriarche eorum faciunt prestito annuatim solvere patriarchali mensa Vini ribolei Urnas C, et marchis den. C et preter hoc D. Patriarcha qui fuerit pro tempore habet q voluntatis sue libito ibidem providere de Capitaneo, et Rectore prout de pactis et conditionibus huiusmodi apparere debet q instrumenta publica manu Jacobi de Zagadis tunc patriarchalis Notarij.

Canipe Patriarchales Utini, Civitatis Austrie, et Aquilegie percipiunt annuatim magnos et multos census in bladis, Vino et pecunijs et rebus alijs, prout in libris Caniparium qui fuerunt q tempore plene constat, sed specialiter Canipa Utini est pre ceteris Canipis in premissis omnibus opulenta, et consueverunt Patriarche, qui pro tempore fuerunt eorum familijs pro maiori parte anni quaslibet expensas facere oportunas Census annuatim q Venetos de libris occasione iurium et iurisdictionum Istrie, quas tenent, ascendit ad duc. LI uel circa.

Gratia Vini de Istria, quod estimatur in grado ascendit ad rationem medie marche den. pro amphora ad illam summam, de qua fit estimatio, et Vinum quod debet estimari, si ducetur ad ipsam estimationem capit amphoras M.CC.X.

Capitaneatus S.ti Pauli in partibus Tarvisinis, ubi est unum castrum custodiendum, et suff. cum iuribus, et iurisdictionibus suis solebat vendi annuatim pro duc. C. et ultra.

Nota, quod ultra praedicta certae pecuniarum condemnationes iuxta consuetudinem, et per sententiam Patriarchalis Camerae applicantur

M°CCC°LXXXVI°

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis Amen. Ad Laudem et gloriam Omnipotentis Dei, eiusque gloriosissimae Virginis Mariae, et Beatorum martyrum Hermacorae et Fortunati almae Aquileiensis Ecclesiae patronorum, necnon ad requisitionem pariterque mandatum R.mi ac SS.mi Patris Principis et D. Nri D. D. Papae de Alenconio S.tae Romanae Ecclesiae Epi Card. et Patriarchae supradictae Ecclesiae Aquileiensis Ego Odoricus Andreae de Utino Aquileiensis dioc. olim Felicis memoriae dominorum Ludovici et Marquardi Patriarcharum Aquil., et nunc supradicti D. Nri Card. et Patriarchae Cancellarius suis Dominationibus, honoribus, iuribus, et iurisdictionibus spiritualibus, et temporalibus supradictae Ecclesiae Aquileiensis pro ipsarum notitia, et conservatione memoriale praesens breve prout nunc memoriae potuit occurrere ultra memorialia alia dudum per me in pleniori forma composita ordinavi, et descripsi, prout inferius est expressum.

Primo quidem supradicta Aquileiensis Ecclesia, eiusque pastores, et Praesules Patriarchae habent superioritatem iure metropolitico super episcopatus et Episcopos XVI. Vid.t Concordiensem Trivisanensem Paduanum Veronensem, Vicentinum, Mantuanum, Cumanum, Tridentinum Feltrensem Bellunensem, Tergestinum, Emoniensem, Parentinum, Justinopolitanensem et Polensem.

Item Capitulum Veronense, et Abbas Mon. de Rivo Tarvisinae dioc. sunt Aquileiensis Ecclesiae eiusque Patriarchae immediate subiecti

Item quilibet Patriarcha habet ius anteferendi, seu anteferri faciendi Crucem in memoriam passionis Xpi, quocumque pervenerit praeterquam in praesentia Papae.

Haec omnia et alia plura sunt notoria, et publicis, et antiquis privilegiis publicatis per me visis et lectis.

Patriarchalis diocesis extenditur per totum Patriarcatum, et ducatum Foriiulii potissime citra Tulmentum inclusis civitatibus Carneae, et Cadubrii, etiamque

per Archidiaconatus Carnie, Suevie, Carniole et Marchie, ubi
ordinaria auth.te seu potestate Aquil. Patr.a quilibet habet
disponere, et hucusq: disposuit ad beneplacitum suum providendo
de Archidiaconis, beneficijs ecclesiasticis auth.te ordinaria ipsa
conferendo, corrigendo Clericos delinquentes, absolvendo, et exco:
municando, atq: ut quilibet ordinarius Dominus et Prelatus op-
portuna alia q se, vel alium in spiritualibus ingiter exer-
:cendo.

Etiam ultra tulmentum Patr.a habet conferre authoritate ordinaria
more predecessorum suorum Curatus Ecclesias in Sacilo, S.to Paulo pe-
:nes Tarvisium, et in Meduna, ac Capellam unam in Castro P.e:
Aviani.

Insuper Abbas Sextensis cum monasterio suo est eidem Patr.e et Aquil.
Ecclesie immediate subiectus.

Et similiter Abbas Rosacensis, Beligens et Mosacensis, atq: plures Ab-
bates et Prepositi cum monasterijs ipsorum in p.dictis Archidiacona-
:tibus constituti sunt sibi immediate subiecti.

Monasterium Dnarum maius Aquil. et maius Civitatis Austrie, nec non
monasteria S.ti Quirini, et S.ti Nicolaj in suburbijs Utini
ac plura monasteria Dnarum in archidiaconatibus supradictis
solvunt similiter immediate supradicto Patr.e

Canonicatus prebendas et beneficia in Ecclesijs Collegiatis de Utino
et S.to Stephano penes Aquileiam authoritatem ordinariam con-
ferendi, et insuper unam Vicariam in Ecclesia Aquil. et
aliam in Ecclesia . . . atque nonnulla alia beneficia
in Ecclesijs antedictis, sed ipse Vicarie, earumq: collationes
sunt temporales tantum, et non perpetue, et durant solummo:
:do ad beneplacitum cuiuslibet Patr.e

Archidiaconatus quoque Carinthie Suevie Carniole, et Marchie ad
tempus vid. ad Patr.e cuiuslibet beneplacitum conferuntur,
et sunt potius officia, quam beneficia

Et idem credo de archidiaconatibus Cadubrij et Carnee, sed claram
vel certam inde non obtinet certitudinem.

Ultra hec d. Patr.a quilibet consuevit ordinare et constituere, atq:
ordinat et constituit loco sui ultra commissarios, quos sitendum
solet constituere spirituales et temporales Vicarios vid. Unum
in pontificalibus, alium in spiritualibus et tertium in spiritualibus,

et

et temporalibus, qui in patriarchali dominio, et diocesi iuxta officium
suorum requisitionem convenientius se exerceat, et reddere rationem
et ij Vicarij durant solum ad domini beneplacitum, et duo ipsorum
Vid.t in spiritualibus, et temporalibus convenientem obtinere provi-
sionem, et salarium a domino. Vicarius vero in pontificalibus solet
esse contentus de quarta, et lucro suo, ac plurimi contenti.

Insuper de iure, et libere [illegible], et qualiter antiquitus esset Aquil.
Ecclesiae immediate subiecta, et qualiter potissime tempore Bonae
[illegible] Aquil. Patriarchae, idem Papa in concilijs pluribus publicis
et irrefragabiliter obiecit saepius [illegible] [illegible] falso nominari.
[illegible] durant plurima publica et authentica documenta a
me visa, et lecta

De Ducatu Foriiulij sunt plura, et diversa antiqua publica, et authentica
privilegia Imperatorum Romanorum, Regum, a me visa, et lecta
qualiter ipsa Patria, sive Ducatus cum Terris, Locis, iuribus, et iu-
risdictionibus quibuscunque, extitit perpetuo tradita, et donata, et conces-
sa supradictae Ecclesiae Aquil.ae, eiusdemque Patriarchae, et Praesuli, seu
Praesidenti, ac successoribus suis.

Sunt etiam publica et authentica privilegia antiqua a me visa et lecta
de singulari donatione, et concessione perpetuo facta ipsi Aquil.
Ecclesiae, eiusque Patriarchis, et Praesulibus castrorum quinque Vid.t Buiae
Fagagnae, [illegible] Utini, et [illegible], cum villis militantibus
circumquaque quodlibet dictorum castrorum, et cum territorijs, iuribus
iurisdictionibus universis dictorum castrorum infra limites supradictos

Principales, et potiores ministeriales eiusdem Ecclesiae eiusque Praesidentis
Rectoris, et Patriarchae sunt Nobiles de Cucanea, Partistagno, et
Valuasono, qui vocantur Camerarij, et tenentur custodire Ca-
meram Patriarchalem potissime vacationis tempore cum pertinen-
tibus ad eandem cameram.

Nobiles de Spilimbergo qui dicuntur pincernae, vel caniparij ha-
bent custodire caniparam cum pertinentibus ut supra.

Nobiles de Manzano, et de Tricano qui vocantur Marescalchi, et
Vexilliferi Ecclesiae Aquil.s potissime tempore generalis
guerrae eiusdem Ecclesiae, et habent custodire stabulum
patriarchale equorum vacationis tempore ut supra.

Nobiles

Nobiles de Prampergo, qui vocantur magistri coquinæ Patriarchatus, et habent, vel debent custodire coquinam Vid. et habent Nobiles ipsi occasione ministerij, et officiorum huiusmodi plura pheuda, et bona, et redditus ab ipsa Ecclesia Aquil. ultra eorum fortilitia, et castra, quæ iugiter possident, et tenent, quod notorium extitit de præmissis omnibus sed longo retroacto tempore ipsi Nobiles tenere habuerunt custodiam, quia Camera Apostolica se de præmissis omnibus vacantium tem: poribus intromisit.

Nobiles de Prata et de Porciliis vocantur Comites, et liberi sunt vassalli supradictæ Aquil. Ecclesiæ, et Comitatus ipsorum sunt pheudum Ecclesiæ Aquil. et sic recognoscere debent, ut inde patet per publica instrumenta, potissime de Prata, eiusq: Comitatu, quæ iam vidi et legi.

Certi Nobiles de Castello Strasoldo Villalta Castellerio et Cauriaco olim vocabantur de genere liberorum, sed quia per matrimonia: lem copulam nati sunt de genere ministerialium, ideo ministeriales vocantur, et castra, pluraque alia bona reco gnoscunt, seu recognoscere debent in pheudum ab Aquil. Ecclesia supradicta, ut etiam inde instrumenta publica appa rere debent, Vid. antiqui eorum pheuda plane in scriptis non dederint.

Similiter quoque cæteri Nobiles huius Patriæ et Ducatus Foriiulij re cognoscunt, seu recognoscere debent eorum castra et plura ac diversa bona in pheudum ab eadem Ecclesia Aquil. Vid. in scriptis ipsa pheuda, et bona investiturarum ipsorum tem pore ad plenum non extiterint tradita ... ubicumque.

Sunt etiam certi Nobiles vocati de genere habitatorum scil. illi de S.to Daniele de Attemps superiori, de Marzano, de Maniaco pro parte, de Zagunea, de Linzano et della Frattina, qui recognoscunt, seu recognoscere debent castra sive fortilitia et plura bona ipsorum iure habitantiæ, seu pheudi habitan tiæ ab Aquil. Ecclesia, seu eius Patri.. Præsule, et Pastore.

In Castro Utini, et Locis S.ti Viti, et Meduna sunt certi habitatores qui domos habitantiæ, et mansos, ac bona plurima, et diversa iure habitantiæ, seu pheudi habitantiæ ab Aquil. Ecclesia, eiusq:

Antistite recognoscunt, et recognoscere debent.
Sed notandum est, quod Patriarcha quilibet tam super veris pheudis quam etiam in ministerialibus et habitantiis, ceterisque bonis ad investituram suam spectantibus, debet vigilanter, et diligenter per se vel officiales suos inquirere, et diligenter providere.
Notandum est etiam publice notorium et famatum semper extitit, quod in civitate Aquilegiae, nec non in Terris Utini Civitatis Austriae Glemonae Venzoni, Tulmetii, Montisfalconi, Portusgruarii, S.ti Viti Sacilli Maranique, ceterisque Patriae locis, nonnullus debet, vel prendere potest in civilibus, vel criminalibus ius aliquod, nisi quantum de speciali privilegio, vel licentia, et authoritate nominati Patriarchae obtinere noscuntur.
Praeterea notandum est quod tam Nobiles quam alii cuiusvis conditionis et status obtinentes pheuda ministerialia, et habitantias, cuiuscumque conditionis bona ab Aquilegiensi Ecclesia et non recognoscentes, seu non facientes se investire de ipsis pheudis, et bonis tempore debito videlicet infra annum post adventum novi Patriarchae, et eorum, sive postquam possidentes extiterint quomodolibet novum ius quaesitum eisdem bonis privati ducantur ipso facto, sicque sunt ipsa bona ad praedictum Patriarcham legitime devoluta, de quibus bonis idem Patriarcha potest infra annum, ut alias servatum est pleno iure disponere, et in alium transferre, elapso autem ipso anno nisi idem Patriarcha disposuerit ut prefertur, tunc ipsa bona patriarchali mensae applicata censentur. Si vero aliquis, vel aliqui ex praedictis vel aliis quibuscumque fidelibus et subditis Patriarchae, eiusque Aquilegiensis Ecclesiae deliquerint rebellando, seu non obediendo Domino suo, aut aliquid contra honorem, et statum eiusdem Domini verbo, vel opere attentando, ipsi delinquentes realiter, et personaliter, ut de Lesae maiestatis crimine puniantur, et sic retroactis temporibus est servatum.
Officialis generalis gerens vices Patriarchae in criminalibus est marescalchus, qui ad officium huiusmodi per Patriarcham, ad eius bene placitum deputatur. Marescalchus quidem iste durante officio suo, et beneplacito Domini habet potestatem plenariam, et arbitrium custodiendi stratas huius patriarchalis Patriae, et puniendi crimina, et delicta, potissime in stratis et locis, ubi officiales

Dominii.

dominij Vid. Potestates, Castaldiones, Capitanei non vegunt, et
presidens si vero residentes officiales in civitatibus Terris et
Locis huius patheatus patriae quibuslibet in puniendo crimina-
lia quoquomodo defecerent, sive essent quomodolibet negli-
gentes, vel desides, tunc ad officium eius mareschalchi spectat
defectus supplere huiusmodi, et ipsa criminalia delinquenti-
bus etiam in disciplinam servatis tamen ordinibus Patriae consuetis.
Officiales vero ceteri Vid. Potestates, Capitanei, Castaldiones, S. in
terris, et Locis quibuslibet huius patheatus patriae per Patham
ut premittitur, more solito deputati habent potestatem plena-
riam in civilibus, et criminalibus in Locis dumtaxat, ubi de-
putati existunt, dacendo Hominibus laudum, et sententiam
iuxta Patriae morem, et consuetudinem diu iam retroactis temporibus
observatum, ubi vero officiales huiusmodi, vel aliqui eorum de-
ficerent, seu negligentes forent, tunc mareschalchus, sive mareschalchi
qui pro tempore fuerint defectum huiusmodi potissime in crimi-
nalibus habet supplere et corrigere iuxta Patriae morem ut supra
est expressum, et haec fieri solent cum consensu et voluntate su-
pradicti Dni Pathae, qui potest officiales suos ad libitum corrigere,
et dommare.

Stratae publicae huius patheatus Patriae potissime extra fortilicia spectant
et spectaverunt retroactis temporibus continue ad iurisdictionem
et custodiam supradicti D. Pathae, eiusque mareschalchi, sive
marcalli Aquileiensis Ecclesiae, vel Capituli Sede vacante, ut notorium
existit, et ad officium marscalli spectat, punire crimina, et
delicta, quae in dictis Locis publicis committuntur.

Aquae similiter, et flumina per Patriam discurrentes ad iurisdictionem Aquileiensis
Ecclesiae, eiusque Prelatis et Pastoris, seu officialium suorum, cui vel
quibus specialiter commiserit pleno iure spectant, et pertinent, et
idem intelligi debet, de nemoribus, et silvis in quibus Locis po-
test idem Patha, et praesul per se, vel alios piscari et venari
facere, ut aliis factum est pro suae libito voluntatis, ut inde
privilegia plura patet.

De singulari et plenissima dominatione et iurisdictione aquae .... a
montibus usque ad mare, in qua nullus potest edificare ponticu

nisi Patriarchae, et aquae natissae navigantis, sive Lobentis per Civitatem Aquil. quae superius amplius nominatur patent publica, et authentica privilegia imperialia sive regalia, a me visa et lecta

De Terra insuper inter Planam et Ligurentiam existente supradictae Aquil. Ecclesiae et Patriarchae eiusdem pleno iure donata, et concessa patent imperialia privilegia similiter in plena forma.

De Castro quoque Montis Scilicis cum pertinentiis iuribus et iurisdictionibus quibuscumque ad dictum Castrum spectantibus apparent privilegia regalia, sive imperialia publica a me visa et lecta.

Castrum S.ti Pauli in partibus Tarvisinis cum Villis eiusdem Castri, et S.ti Laurentij, nec non cum Silvis de Medullo, et Medaxe atque universis iuribus, iurisdictionibus, et pertinentiis suis ex antiquo privilegio olim per me viso et lecto ad Patriarcham praefatam spectaverunt et spectant.

Marchionatus Istriae, et tota Istria obedire consuevit, et obedivit, et privilegijs pleno iure concessis supradictae Aquil. Ecclesiae, eius Patriarchis, et Regalibus, qui fuerunt pro tempore, sed Veneti per vim, et potentiam pluribus retroactis temporibus occupaverunt, et occupant plures Civitates, Terras, et Loca Marchionatus praedicti. Vid.t Iustinopolim, Iustinopolim, Parentium, Emoniam, Petronam, Montonam, pluresque alia Castra, et Bona in ipso Marchionatu existentia, solvendo tamen annuatim paenam et certum censum ipsi Patriarchae, et ~~Patriarchis~~ Pastori pro regalijs, iuribus, et iurisdictionibus Civitatum, Terrarum, et Locorum praedictorum.

Nottandum est tamen quod iuxta sententiam arbitrariam aliqualem latam per d. Comitem Sab. in M.CCC.LXXXI. super differentijs vertentibus inter dominos Regem Ungariae, Ianuenses, d. Patriarcham Aquil. Ecclesiam ex una, et Venetos ex altera. Dominus Summus Pontifex praesens, vel qui pro tempore fuerit habet potestatem, et authoritatem plenariam sententiandi, diffiniendi, et declarandi ac determinandi super omnibus, et singulis Civitatibus, Terris, et Locis per supradictos Venetos, ut praemittitur occupatis, et super iuribus ipsorum.

Civitas Tergesti cum auxilio, et favore Ianuensium extitit nuper s. 1380 per bonam memoriam d. Marquardum Patriarcham Aquil.nam acquisita de manibus Venetorum illam occupantium redempta

cum q.

cum Castris de Mahu, et Muculano ipsique Patriarchæ pro se
et successoribus suis, ac vice et nomine suo, et Aquileiensis Ecclesiæ
per Cives dictæ Civitatis præstitum extitit obedientiæ, et fidelitatis plenæ
et perpetuæ debitum iuramentum, itaque idem Patriarcha, et
successores sui perpetuo in ipsis Civitatibus, et Castris providere
poterant, et debebant.

De Capitaneis, et Rectoribus per eorum libito voluntatis ipsorum Civium
transumptibus, et propterea hoc tenebantur ipsi Cives eidem Patriarchæ
et successoribus suis de certis censibus annis singulis respondere.

Domini Doymus de Castello, et illi de domo sua nemine signoratijs tenent
Castrum Petræ Pilosæ ad mensam Patriarchatem spectans, et ultra
hoc per violentiam, et de facto pluribus retractis temporibus occu-
pavit, et occupat Marchionatum supraditum cum iuribus, iuris-
dictionibus, et omnibus pertinentijs suis, in quo Marchionatu ultra
occupata per Venetos, ut superius notatum est, adhuc extabant
et extant Castra VIIII Aquileiensis Ecclesiæ, et Patriarchis, qui fuerunt
pro tempore obedientiam debitam, et plenam præstantia videlicet
Castra de Buteiss, Portulis, Linguento, Albona, Flamona, Rovi-
co, duobus Castris.

Terra Muglæ cum omnibus iuribus, et iurisdictionibus, ac pertinentijs suis
spectat, et pertinet ad Aquileiensem Ecclesiam, eiusque Patriarcham, et Re-
ctorem, ubi idem Patriarcha habet, et potest pro voluntatis suæ li-
bito de potestate, sive Capitaneo, et Rectore providere tam
virtute privilegij imperialis, et regalis antiquitus ipsi Aquileiensi
Ecclesiæ specialiter concessi, prout in registris privilegiorum Ca-
pituli eiusdem Ecclesiæ vidi et legi. quod etiam virtute
pactorum ultimo contractorum inter Dominum meum D. Marquardum
Patriarcham, et Cives, et incolas terræ supradictæ. Et propterea hoc
prædicti de Mugla annuatim Patriarchali mensæ solvere tenentur
pro regaleis, et Decimis Vinum, et oleum consuetum, nec non
certam pecuniæ quantitatem virtute ipsorum pactorum de qui-
bus apparere debent instrumenta publica, et authentica
manu ser Nicolussij Zerbini de Utino tunc patriarchalis Notarij
in 1370 [illegible] circa.

In partibus Carniolæ, et Marchiæ sunt plura Castra, et bona spectan-
tia ad patriarchalem mensam videlicet Castra de Los. Riparie, et

et indivisa cum pertinentijs ipsorum, quae nunc occupantur per Comites Ciliae, et de Ortemburch, credo tamen, quod ipsi Comites certas investituras habeant tacita veritate obtentas.

Patriarcha quilibet debet, et tenetur, spiritualia, et temporalia ab imperatore recognoscere, ac de illis investituram accipere, et hoc potissime quando imperator in partibus Italiae extitit, alibi non tenetur, ut et speciali privilegio imperiali constare vidi.

Castrum quoque de Vindisgraz cum muris, et omnibus pertinentijs suis olim fuit de patrimonio felicissimae memoriae D. Patriarchae Bertoldi et idem Patriarcha illud, et alia plura bona, iurisdictiones et iura concessit perpetuo, et donavit Sanctae Aquileiensi Ecclesiae, eiusque Patriarchis et Successoribus, prout ex patentibus privilegijs eiusdem Patriarchae plene et clare constat, sed nunc occupantur per Duces Austriae.

In eisdem partibus sunt Vassalli multiplices, et diversi recognoscentes et qui consueverunt recognoscere multiplicia, et diversa pheuda a dicta Aquileiensi Ecclesia, et Patriarchis Aquileiensibus, qui fuerunt pro tempore recipientes in forma debita investituras ipsorum prout apparere vidi per autentica privilegia, et publica documenta Egoque in materia eadem scripsi.

Dominus Rex Boemiae tenetur ex debito reddimere Patriarcham Aquileiensem si forte ab aliquo caperetur, et ob hoc idem Rex tanquam Vasallus obtinet bona plurima ab Ecclesia supradicta.

Domini Duces Austriae etiam sunt Vasalli Ecclesiae supradictae Aquileiensis, eiusque Patriarchae, et Pastoris, et obtinent plura, et diversa bona, et pheuda a dicta Ecclesia, quae fuerunt pro tempore recognoverunt.

Similiterque quoque Comites Goritiae, Ciliae et de Ortimburgh sunt Vasalli supradictae Ecclesiae Aquileiensis, et obtinent plura castra et bona iure pheudi a dicta Ecclesia et Patriarchis, qui pro tempore fuerunt, quae recognoscere et se de illis investiri facere tenentur, prout alias fecerunt.

Insuper ille Dominus de Duino deberet, et debuit recognoscere more progenitorum suorum castra Duini, Premi et Solosench. cum pertinentijs eorum iuxta antiquarum scripturarum tenorem, quas ego vidi, et legi.

Etiam apparere debent, et sunt privilegia clara et autentica imperialia de confirmationibus privilegiorum suorum donationum et

iuris.

jurisdictionum omnium ipsi Ecclesiae Aquileiensi olim per quoscumque imperatores, Reges, Principes, et Dnos quoslibet concessorum.

Caeterum notandum est, quod tempore Bo. me: Ottoboni Patriarchae vel circa depositata seu pignorata fuere penes quosdam de societate Capponorum de Florentia certa supradicta et regalia optima privilegia continentia donationes Jurisdictionum, ac aliorum locorum et rerum ad supradictam Ecclesiam spectantium, quorum privilegiorum maior pars bullis aureis bullata prout inde continere vidi publico ~~Patriarchatus~~ instrumento manu quondam D. Meliorantiae Canonici Utini tunc Patriarchalis Notarij scripto.

Ego David de S.to Felice Civis Utini quondam Egregij Viri Nicolai Notarij de Tricesimo publicus Imperiali Auctoritate Notarius suprascripta memorialia ex vero et authentico originali manu spectabilis quondam d. Odorici Andreae de Utino Patriarchalis Cancellarij mihi ostenso, et commodato per Dominum Virum Odoricum de Susanis Nepotem suprascripti quondam d. Odorici Andreae fideliter exemplavi nil addendo vel minuendo, quod sensum mutet vel[illegible]. Verum tamen quia non nulla verba in aliquibus locis deficiunt non quod illa praetermiserim, sed quia originale erat ab edaci vetustate corrosum, et ipso viso idem d. Odoricus me secum accedere illud exemplo attulit, et elargitus est Mag.co et Clar.mo D. Andreae Lauredano Dig.mo Locumtenenti Patriae Foriiulij.

Certum est enim quod de ipsis bonis mansi et bona plurima iniquissimo Dno sunt distracta, et propter iura proprij possessionis iure Aquileiensis Ecclesiae, eiusque Patriarchae in finibus alienata, et vendita atque ad manus personarum bonorum talium nunc capacium in damnum immodicum, et praeiudicium S.tae Aquil. Ecclesiae, eiusque Patriarchae et Praesulis, non sine dolo forte est translatum.

Notandum est etiam, publiceque notorium, et senatum extitit quod in Civitate Aquileiae, nec non in Terris Utini, Civitatis Austriae, Glemonae, Venzoni, Tulmetij, Tricesimi, Portusgruarij, S.ti Viti, Sacili, Medunae, et caeteris Patriae locis, nullus habet vel praetendere potest in Civilibus, vel criminalibus ius aliquod, nisi quandam de speciali privilegio, vel licentia, et authoritate nominati Patriarchae, obtinere noscatur, et hic satis.

Nota Constitutionem confirmatam per Ser.mum Principem Venetum Franciscum Foscari 1429, qua determinatum fuit, quod omnes particulares constitutiones, consuetudines, et statuta cuiuscumque Loci Patriae conservantur eisdem non derogando per generales Constitutiones, et privilegia, sive investituras Communitatum, et Nobilium

prout in fronte in fine voluminis, ubi incipit · Franciscus Foscari Dei Gratia Dux Venet. Nobilibus et sapientibus Viris: Vitali Miani de suo mand.o Locumt.i Patriae.

1397. Exemplum fid. de verbo ad verbum extractum ex Libro sive registro Litterarum Cancell.ae Patr. d. Antonij Patriarchae Aquileiensis dignis. de mill.o trecentesimo nonagesimo septimo ind.e quinta sic incipiens scil.

Nos Antonius tenore praesentium facimus notum Universis nostras praesentes Litteras inspecturis, quod in hac nostra Patria Foriiulij nos, ac Nobilium officiales facimus, constituimus et ordinamus, et creamus V. G. provisorem et Vicarium in temporalibus generales Potestates capitaneos, et Castaldiones, qui tam in causis criminalibus quam civilibus, et prophanis quibuscumque secundum antiquas praedictae nostrae Patriae consuetudines scil. per astantes, et non aliter unicuique postulatam, et debitam habet iustitiam ministrare, dum enim praedicti nostri officiales, vel ipsorum aliquis sedet pro tribunali ad ius reddendum patentibus circumstantibus in causa de qua quaestio vertitur · auditis hinc inde allegatis, quod iuris, et tunc per ipsos astantes pronunciatur, et lata sententia, Ceu rata, et grata habere, et inviolabiliter observare, ac quod praedictos nostros officiales executioni debite demandare, et hactenus extitit demandata iuxta quod ipsos adstantes traditam eis formam in cuius rei testimonium praesentes fieri iussimus, et nostro sigillo muniri.

Dat. in nostra Civitate Austriae Die 26 Aprilis Anno, et ind.e ut supra.

Ego Joannes Lucis Tergestinus q.m d. Andreae Impl.is Not.s Utini habitans penes quem reperitur Liber sive registrum Litterarum de quo fit mentio Suprascriptas Litteras exemplatas ex dicto Libro aliena manu contuli cum originali suo, cum quo rite concordat, Ideo me in fidem, et testimonium subscripsi, signo meo consueto apposito.

Tempore d. Lazari Patriarchae Vide fol 105 1318. usque 1333. Annalis.

Pro Parlamento ferendo similiter infrascriptis

Episcopo Concordiensi	Habitatores de Mossa
Decano, et Capto Aquil.	Habitatoribus de Carisaco ministerialibus
Abbati Rosacensi	Ministerialibus de Manzaregli
Abbati Belinensi	ministris de Manzaco
Abbati Sextensi	ministris — de Zoppo
Abbati Mozacensi	ministris — de Lizano
Praeposito S. Odalrici f. Tulmezum	ministris — de Ragnea
Praeposito S.ti Stephani Aquileg.ae	ministris — de Flagonea

Praepositos

ministris

11

Preposito S.ti Felicis Aquilegen.
Preposito S.ti Petri de Carnea.

Communitatibus.

Potestati Cons.o et Co.i Aquileg.
Castaldioni Cons.o et Co.i Ciuitatis.
Castaldioni Cons.o et Co.i Utini.
Cap.o Cons.o et Co.i Glemone.
Potest. Cons.o et Co.i Portusbruni.
Cap.o Cons.o et Co.i Sacili.
Potest. et Hom. de Marano.
Cap.o et Vniuersis de Montefalcono.
Castaldioni Carnee et Hom. de Tulmetio.

Liberis.

Fidelibus de Cratta.
Fidelibus de Curtilijs.
Fid.bus et Magistratui de Fulcinio.
Fid.bus et Ministerialibus de Villalta.
Fidelibus et minist. de Castelleno.
Fid.bus et ministeria de Strassoldo.

Habitatoribus.

Castaldioni et Habitatoribus Auiani.
Castald. et Habitatoribus S.ti Viti.
Castald. et Habit. Meduna.
Castald. et Habitat. Tricesimi.
Castaldioni et Habitat. S.ti Danielis.
Castaldioni et habitat. Faganee.
Castaldioni et habit. Tulmini.
Castald. et ministerialibus d'Attemps.
Habitatores et minist. de Sophimbergh.

ministris de Spegimbergh.
ministris de Valuasono.
ministris de Sbrauacca.
ministris de Saluarolo.
ministris de Prattina.
ministris de Sauiola.
Fr. et Nepotibus de Peus.
ministris de Olupio.
ministris de Mezio.
ministris de Socleuo.
ministris de Lincis.
ministris de Arthenea.
ministris de Pramperg.
ministris de Bura.
ministris de Prels.
Vniuersis de Colloreto.
ministris de Cauorliaco.
ministris de Verdoio.
ministris de Treppo.
ministeria de Cauraco.
ministris de Cassaco.
ministris de Teucano.
ministris de Rodegliano.

Et nonnulli alij ministeriales subsequentes qui ob caducitatem et uetustatem Litterarum legi non poteranı.

Ex Notis olim q. Gabrielis Notarij q. D. Andrici de Cremona Cancellarij Rmi. Dni. Pagani Patriarche ex Libro signato S. Ego Simon filius q. prudentis Viri q. Ioannis Notarij de Louaria pub.co Imp.li Auth.e Not: ex commissione mihi facta q. mag.ci et Exc.mi D. Nicolaum Marcellum p. inclita celsitudine Venetiarum tunc Patrie Foriiulii Locumtenentis dignissimi, prout inueni in quodam Libro signato Litt.a S Vid.t in Ultima Carta membrana ex Notis olim q. Gabrielis Not.ij q. d. Enrigini de Cremona Cancellarij Rmi. D. Pagani Patriarche fid.r scripsi, signo nominequè meis appositis consuetis in fidem premissorum.

Nos Io: Mauroceny pro Ser.mo Duc. Do: Venet. Patrie Fori Iulij Locumt. Generalis. Cum de fide, et probitate notariorum saepenumero ob locorum distantiam dubitari solet, dicimus omnibus, et singulis presentes inspecturis. Fidem facimus indubiam et attestamur quod suprascriptus D. Simon de Lunaria est pub.s et legalis Not! bone conditionis, et famae, cuius instrumentis et scripturis publicis, hic et ubique plena habetur fides tanquam confectis manu pub. et authentici Notarij in quorum fidem presentes fieri iussimus nostri sigilli magistratus roborandas.

Datum Utini die 11 mensis maij 1498 ind. prima

//

Evangelista a Scalla coad.r m.to

1371. In Christi Nom.e Amen. Anno Nativitatis eiusdem 1371. Ind. 9. die 16. mensis aprilis. Convocato et congregato Collegio generali Prelatorum, Nobilium et Comitatum Patrie Forijulij per Rev.mum in Xpo Patrem et D. Nrum D. Marquardum. Dei Gratia S.te Sedis Aquil. Dig.mum Patriarcham in Patriarchali Palatio Aquil. in sala magna superiori, in quo quidem Collegio interfuerunt Ven. et Nobb. Viri

Parlamentum R.mi Dni Marquardi Patriar. constitutiones excludentes filias ob heredit. fratrum decedentium ab intestato.

Prelati — D. Florimundus Abbas Bellunensis
Egregius de Tortis de Papia decanus Aquil.
Octobonus de Ceneta decanus Civitat.
Ioannes de Lisono Canonicus Aquil.
Presbiter Nicolaus Homo Canonicus Utinensis.
Guido de Bononia Prepositus S.ti Felicis de Aquil.

Nobiles — Iacomutius de Purlilijs
Pagonus Miles de Savorgnano.
Simon de Cucanea
Ioannes de Moncoliis in Tergesto Vic. D. Patr. ... (?)
Aulinus Miles de Colloredo de Utino.
Filleus de Momatio.
Hector de Salvinico.
Petrus ac Rizardus fratres / Bernardus q.m D. Osalci — de Strassoldo.
Vicardus de Prampergo
Hector de S.to Daniele.

Nicolaus

Nicolaus de Manzano.
Varnerius et } de Manzano.
Federicus
Ricardus de Valvasono
Joannes de Colloreto.
Baluardinus de Levs
Eulielmus et } de Ragonea.
Nicolussius
(Cōitates.) Raynaldus de Vincentia Castaldio Civitatensi.
Cichinus Hossius et } de Aquileia.
Nicolaus de Flagonea
Rodulphus de Lurtis et } de Civitate
Jacobus de Bulleri.
Julianus Brignus et } de Glemona
Nicolaus Franciscus
Joannes Antonius et } de Venzono et
Jacobus de Seuya
Nicolaus Nots de Azzano et alij qui plures de Patria Forijulij ad dictum Colloquium convocati necessarij pro dicto Colloquio celebrando, inter alia, quae ibidem proposuit idem D. Patha pro utilitate et bono statu servitorum suorum et subditorum suorum de Patria Forijulij proposuit, et cum inspecta vidit, quod ad ipsius notitiam nuper pervenerat, quod inter alias constitutiones parlamentales, quae post ipsius D. Patha translationem ad Aquileiensem Ecclesiam et subsequo fuerunt editae et firmatae facta et confirmata fuerat una constitutio de successionibus ab intestato, per quam filiae feminei sexus, etiam nullis filijs masculis, seu earum fratribus patri intestato defuncto supervenientibus, ab ipsius patris successione excludebantur per fratres patris earum, et alios ipsarum patri remotiores eis in gradu, cuius constitutionis tenorem ipse alias ignoravit, et sic advertisset alias ipsam constitutionem talis effectus, ut nunc apperit, ipsam nunquam confirmasset, quia quod filiae excludantur ab hereditate paterna, est notorie et manifeste contra ius divinum, canonicum et civile, et etiam naturale, et etiam contra omnem iuridicam consuetudinem, maxime quando non extant defuncto filij masculi, earum fratres, prout ibidem

in scripturis divine pagine publice legi fecit. Unde proposuit et dixit, quod nullo modo volebat constitutionem predictam durare nec robur aliquod obtinere, sed eam penitus fore cassandam, revocandam et annullandam, subjungens quod sibi reputabat ad magnum peccatum, et ex hoc suam animam non modicum agravatam quod sub ipso edita fuisset talis constitutio tam absona, et iuri contraria, ut prefertur, ut permitteret perdurare, et ideo motus ex predictis et aliis iustis, et rationabilibus causis omnibus iure, via modo et forma quibus melius, et efficacius potuit in presentia predictorum in dicto generali colloquio congregatorum expressis verbis ipsam constitutionem, et omnem eius effectum, ac continentiam, et tenorem cassavit, annullavit, et irritavit, ac pro cassa, et irrita haberi voluit, et mandavit, revocando ex nunc omnem suam authoritatem, si quam dicte constitutioni alias interponuit, asserens si id processit processisse ex inadvertentia ipsius quibus, et aliis per predictum D. Cathan in dicto parlamento propositis petito, ut moris est a predictis prelatis, Nobilibus et Nunciis Communitatum, et aliis qui intervenerant parlamento predicto, et eorum quolibet, quid sibi videret super propositis per dictum D. Cathan multi ex eis expresse consulentes et consulendo affirmantes predictam constitutionem omnino cassandam et irritandam fore, et debere integraliter, suis iuribus. unanimiter et eam debere haberi pro cassa, et irrita verbis claris expresserunt cassationem et revocationem predictas per dictum D. Cathan factas laudantes, et eas quantum efficacius potuerunt tanquam iustas, et rationabiles in omnibus approbantes. Multi autem alii ex congregatis in colloquio supradicto nihil expresse dixerunt super fienda vel non fienda cassatione constitutionis predicte, tamen propositioni facte per dictum D. Cathan de cassanda constitutione predicta ac cassationi de ea per ipsum facte aliqualiter non contradicentes nec ipsam cassationem aliqualiter seu ullatenus impugnantes vel reprobantes, sed aliorum consilia super omnibus tunc propositis per dictum Adam D. Cathan suo breviloquio commendantes. D. nunc

Laganus

-zaganus de Savorgnano, et Hector Not.s q. Odorici Mirlotij Utini, qui pro Communitate Utini aderant parlamento predicto, dixerunt, et consuluerunt, quod in casu quo ipsa constitutio deberet innovari, bonum fuerit, quod reformatio ipsius ostenderetur Nobilibus, et Civitatibus Patriae Foriiulii, ut super ipsa reformatione possent plenè deliberare, et in alio parlamento celebrando super ipsa reformatione maturius consilium dare, quia tanquam improvisi non poterant ita celeriter plene consulere super reformatione constitutionis predictae Potestates itidem dictus Dominus Lazarus, et presbyter ... de Remanzacco, quod si fieret, aliter aliqua reformatio predictae constitutionis non deberet eis aliquod preiudicium generare, demum auditis per predictum D. Patriarcham omnibus et singulis narratis, et dictis per quoscunque in parlamento predicto ipse Dominus Patriarcha iterrato repetitis causis ipsum moventibus, et inducentibus ad cassandum constitutionem predictam, eandem statuit, et decrevit fore cassam, inefficacem, irritam et inanem, et in iudicio suo, et sub eius officialibus nullatenus observandam, mandans ex nunc omnibus, et singulis officialibus suis quod ipsam constitutionem coram eis non permittant allegare, seu aliqualiter ea uti quibus verbis tunc etiam non fuit per aliquem contradictum sed sub taciturnitate fuit dicto dictum colloquium dissolutum.

Actum vero supra in Patriarchali Palatio Aquileiensi in salla magna superiori.

Et Ego Ioannes q. domini Zulianni de Nonacco Utini residens publicus imperiali Authoritate Notarius et predicti D. Patriarchae officialis, et scriba premissis omnibus interfui et rogatus scripsi, et publicavi meumque hic signum apposui consuetum in testimonium premissorum.

Ego Thomas Lacij Notarius et alio exemplo fideiussore existente per fidum mihi Coadiutorem exemplare feci, et in fidem subscripsi.

" Premissam copiam constitutionis aliena manu descriptam et procerta manu q. D. Iosephi Spereni Notarii Patrij mei firmato, et expedito inque Nob. D. Ludovicum de Valvasono, ac filius q. Nob. D. Henrici de Savorgnano, Theophrastus Sperenus Not.s publicus ex Collegio Utini rogatus publicavi etc.

"

1238 Federicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Jerusalem et
Siciliae Rex. Per presens scriptum notum volumus fieri universis Im-
perij fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dilectus Princeps noster
Bertoldus Ven. Patriarcha Aquilegensis in nostra proposuit presentia constitutus
quod cum quidem in Foro Julij et in Istria existentes, qui a predecesso-
ribus suis, vel ab ipso et Aquilegensi Ecclesia infeudati sunt in mansis
paucis, vel pluribus, et quando quidem in eis obtinuerunt advoca-
tiam gratiam conferentis ijdem infeudati privatis cum utilita-
tibus, et suis proventibus non contenti de furtis et alijs Criminalibus
causis, et penis judicium sanguinis inferentibus, et quibusdam, que
spectant ad merum et mixtum imperium, que omnia perti-
nent jurisdictioni eiusdem Principis nostri ratione regalium
et Authoritate propria temere intromittunt, et hoc tamen sicut dicitur
quod mansos cum omni jure obtinent in iniuriam acceptantes,
quare nostrae Celsitudini supplicavit, ut cum haec omnia tam
predecessores sui, quam ipse authoritate imperij obtinuerit, dignare-
mur temeritati repugnantium obviare, et jurisdictionem suam
servari integre mandaremus. Cum igitur spectet ad Imperatoriam
Maiestatem Principum nostrorum jura perficere. Attendentes igitur
immensam devotionem predicti nostri Principis Ven. Patriarche, qui
ad nostra et imperij servitia semper, et ubique paratum et expositum
invenimus, ut in sua jurisdictione iniuriam vel incommodum non
incurrat, predictam tamen abusivam consuetudinem ab eis infeudatis inventam
vel hactenus approbatam penitus abolemus. Presentis scripti Authoritate
inhibentes quod nulli eorundem infeudatorum in Foro Julij vel
in Istria de cetero liceat occasione mansi sive mansorum vel sub
pretextu advocatie, vel occasione sumpta quod mansos cum omni
jure obtineant, cum verbum ipsum. Vid.t cum omni jure privatas
et annexas ipsis mansis utilitates exponat de Criminalibus
causis furtis fustigationibus, vel consimilibus que ad judicium san-
guinis spectant, vel merum ac mixtum imperium sapiunt co-
gnoscere, vel temere se intromittere sine dicti Patriarche indulgentia
vel mandato, sed tamen idem Patriarcha, et officiales sui, quos authoritate or-
dinaria jurisdictionis loco, et vice sua duxerit deputandos predictam
jurisdictionem exerceant, sicut decet. Si quis vero contra presentis
nostre prohibitionis edictum venire presumpserit, et in abusione
solita tentaverit permanere, presumptores ipsos eisdem mansis
sive

Privilegium Imperiale nullum in Patria Fori Julij, et Istria habere jurisdictionem nisi ex gratia speciali Dni Patriarchae.

siue Aduocatiae feudis ingratos decernimus, et indignos maxime cum
priuilegium mereatur amittere qui concessa sibi abutitur potestate.
Ad cuius rei memoriam, et stabilem firmitatem presens scriptum fieri,
et sigillo maiestatis nostrae iussimus communiri.

Datum in Castris in Obsidione Brixiae Anno dominicae Incarnationis M CCXXXVIII
mensis 8bris XII Ind. Imperante dno nro Federico secundo Dei
gratia inuictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto Jerusalem et
Siciliae Rege Imperii eius Anno XVIII Regni Jerusalem XIII
Regni uero Siciliae XLI feliciter Amen.

Et Ego Bartholomeus Martinus de Utino Imp. lis Auct. Not. L.s Commissarius notarum
et scripturarum Egregii Raphaelis de Torellis de Verona Not. Utinen.
in sua ultima voluntate relictarum, mihi commissarum die 3 Xbris 1474
[illegible] mag.cum et gen.sum militem D. Joannem [illegible] tunc huius Patriae [illegible]
locumtenentem hoc suprascriptum priuilegii exemplum productum de octaua
Augusti 1468 per sp. d. Biachinum Comitem Purliliarum in Jud.o mag.ci
D. Locumtenentis Ipsius contra Hebb. Consortes de Zoppola in Causa Jurisdictionis Villae Cautugliae prout in processu ipsius causae ad cartas 28
registratum inueni de manu propria eiusdem q. Raphaelis Not.
et scribae ipsius causae [illegible] de verbo ad verbum ex registro seu
processu ipso mea propria manu exscripsi, in qua namque causa
die ultima dicti mensis Augusti 1468 fuit conclusum nulla
eidem priuilegio facta oppositione, et ideo ut huic exemplo
quod ut supra [illegible] sumpto tamquam authentico secundum Lau-
de Ca. in l. 1. § edictionis ff. de edendo et glo. in l. in legem in
[illegible] tit. [illegible] ad L. [illegible] plena fides adhibeatur, me hic scripsi
in fidemque robur, et testimonium omnium et singulorum pre-
missorum signo nomineque meis appositis, consuetis.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei: Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo
Spalatensi, et Urbinati et Feltren. Episcopis Salutem et Apostolicam Benedictionem.
Hodie dilecto filio Andreae Asquini de Avcano Presbytero Aquilegien. Dioc. fami-
liari nro specialem gratiam facere volentes unum, vel duo bene-
ficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, etiam si alterum
cum cura, aut decanatus, vel Archipresbyteratus ruralis, seu dignitas, et
personatus in cathedrali, vel collegiata, seu in eadem cathedrali aut
quolibet eorum in collegiata canonicatus, et Praebenda seu in eisdem eccle-
siis administratio, vel officium fuerit ad Venerabilium Fratrum nostrorum Concordiensis
et Feltrensis Episcoporum, ac dilectorum filiorum decanorum, et Capitulorum singulorum
Canonicorum, et personarum Concordiensis et Feltrensis Ecclesiarum collationem dispositionem

presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel
divisim pertinent, vel pertinentia, si quod vel si qua vacabat seu vacabant
tunc aut cum vacaverit seu simul vel successive vacaverint, quod seu
que dictus Andreas per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum
infra certum tunc expressum temporis spacium acceptaverit conferendum seu
conferenda eidem Andree post acceptationem eandem cum omnibus iu-
ribus et pertinentiis suis donationi Apostolice reservavimus prout in
nostris inde confectis Litteris plenius continetur. Quocirca fraternitati
vestre per Apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel duo aut unus
vestrum si et postquam dicte Littere vobis presentate fuerint per vos vel
alium seu alios beneficium seu beneficia huiusmodi si vacat seu
vacant aut cum vacaverit vel vacaverint, ut prefertur, eidem
Andree post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et
pertinentiis supradictis auctoritate nostra conferre et assignare cu-
retis inducentes ipsum Andream, vel procuratorem suum eius nomine
in corporalem possessionem beneficii seu beneficiorum, iuriumque et
pertinentiarum predictorum, et defendatis inductum ac facientes An-
dream, vel procuratorem predictum ad beneficium seu benefi-
cia huiusmodi ut est moris admitti, sibique de illius vel illorum fructibus
redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis integre
responderi. Non obstantibus omnibus, que in dictis Litteris voluimus
non obstare, seu si Episcopis, decanis, capitulis, conventibus, et personis pre-
fatis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab Apostolica sit
sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint
per Litteras Apostolicas non facientes plenam expressamque ac de verbo
ad verbum de indulto huiusmodi mentionem contradictores auctoritate
nostra Apostolica appellatione postposita compescendo.

Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice 1475. XI kl. Iulii.
Pontificatus nostri Anno quinto.

Aug. Gratis de mand.to D. nostri PP.
B. Pele

C. a Castello Bulla plumbea 

1327. Infrascripta sunt, que facta sunt in Colloquio generali celebrato per d. Patriarcham
Paganum in Utino in sala inferiori Castri et Palatii Patriarchalis MCCCXXVII.
Ind. Xma die penultimo mensis Iulii, in quo interfuerunt infrascripti Notabiles
Persone. D. Abbas Rosacensis. D. Abbas Sextensis. D. Raynaldus de Villa
Turre Thesaurarius Aquilegiensis. D. Morandus de Purcilis, D. Odoricus
miles, et Simoniceus fratres Joannes de Partistain, et Thomasius de
Partistain etc.

Impositio equitum Ecclesiis, Castellanis et Consortibus Patrie Foriiulii

Leotisterii Joannes Dni Adalpretti, Ricardus de Voluomo omnes de Cucanea D. Articus de Gramogesso miles, D. Brisadin de Purciliis D. Bernardus de Strasoldo, D. Federicus, et D. Joannes de Villalta Dni Asquinus de Colloreto, D. Nicolaus de Castello, D. Franciscus de Feriano D. Federicus de Sauorgnano, D. Federicus de Murucio D. Articus de Varmo, D. Federicus, et D. Franciscus de Caminaco, D. Franciscus de Franzano D. Paulus Bojanus, D. Philippus de Portis de Ciuitate D. mr. Odoricus Not., D. mr. Franciscus Not., D. Hendriotta de Castro Utini de Utino. Hermanus Not. de Glemona, Mapheus Not. de Aquileia D. Franciscus de Fagagna Odoricus, Nicolaus, et Simon de Budrio, D. Napinus, D. Carlevarius, et D. Antoniottus della Turre, et alii quam plures tam Nobilium, quam communitatum Forijulij ad dictum Colloquium congregatorum multitudine copiosa.

In primis propositis per D. Locumtenentem diligenter et prouide, que proponere voluit super defectum reformationis totius terrae Forijulij, et Aquileiensis Ecclesiae tam super defensione et custodia dictae Terrae quam super securatione stratarum et aliorum, que prouisione et reformatione indigent pro bono statu terrae, et seruitus Aquilegiensis Ecclesiae. Quesitum fuit ab omnibus more solito, quid consulebant, et quid agendum erat et tunc consultum fuit ab omnibus et ita firmatum quod ad euitanda pericula et damna aliqua possa fiat impositio militum tam magna sicut fieri potest, et quod unusquisque teneatur pro posse suo, et quod Consiliarii de nouo fiant qui simul cum D. Locumtenente consulant ac videant super impositione fienda, et aliis pro defensione terrae et que per D. Locumtenentem exposita sunt, et tunc more solito omnes de colloquio se in partes traxerunt ad elligendum consiliarios suos, qui ellecti fuerunt inferius annotati.

D. Abbas Mosacensis D. Beranardus de Purciliis	Pro Prelatis
D. Brisadin de Purciliis D. Joannes de Villalta	Pro Liberis
D. Federicus de Sauorgnano	pro Communitate Utini
D. Philippus de Portis	pro Communitate Ciuitatis
Mapheus Not.	pro Communitate Aquilegiae
Hermanus Not.	pro Communitate Glemonae

D. Odoricus de Cucanea
D. Articus de Gramogesso
D. Hendrigiottus de Villalta.

D. Asquinus de Colloreto
D. Nicolaus de Castello
D. Franciscus de Zucano
D. Articus de Varmo
D. Franciscus de Manzano.

Quibus data fuit plena potestas super dictum Colloquium ordinandi et concludendi de super omnibus et singulis antedictis simul cum dicto D. Patriarcha prout eis per meliori videbitur, et quod quicquid fecerint, ordinaverint, et mandaverint vim et vigorem obtineat totius Colloquij, et ita executioni mandentur, ac si per totum Colloquium facta essent. Vocatis igitur ibidem statim nominatim omnibus consiliarijs antedictis omnes, et singuli prestiterunt iuramentum consuetum quod per consiliarios prestari consuevit. Et hoc finito Colloquio D. Patriarcha cum consiliarijs suis predictis ascendit Palatium suum, et se traxerunt in sala maiori ut ibi consulerent, et viderent quid esset agendum. Quesito igitur ab omnibus consiliarijs super hoc consultum fuit nemine discrepante, quod nova impositio fiat equitum, tam magna sicut fieri potest iuxta possibilitatem uniuscuiusque. Et quod etiam fiat impositio peditum, et ita firmatum, et provisum fuit, et quod die crastina dicti consiliarij in loco predicto conveniant simul cum domino Patriarcha pro impositione, et expeditione predictorum.

Item facta fuit impositio equitum per modum infrascriptum, et firmata.

D. Patriarcha	Eq.	XL	Bal.	X
D. Episcopus Concordiensis	Eq.	VIII	Bal.	II
Capitulum Aquilegiense	Eq.	X	Bal.	II
Abbas Bellinicensis	Eq.	II	Bal.	0
Prepositus S. Stephani Aquil.	Eq.	III	Bal.	I
Prepositus S. Felicis	Eq.	0	Bal.	I
Monasterium Monialium Aquil.	Eq.	II	Bal.	II
Abbas Rosacensis	Eq.	III	Bal.	I
Abbas Mosacensis	Eq.	III	Bal.	I
Abbas Sextensis	Eq.	IIII	Bal.	I
Capitulum Civitatense	Eq.	X	Bal.	II
Monasterium D. Civitatis	Eq.	I	Bal.	I
Prepositus S. Odorici ultra Tulmentum	Eq.	III	Bal.	0
Prepositus Carnee	Eq.	I	Bal.	0

Nobiles.

Lvattu — Cl. XVI — Bol. V.
Puicillum — Cl. XVI — Bol. V
Polinicum — Cl. VIII — Bol. IIII.
Avianum — Cl. II — Bol. I.
Mons Regalis — Cl. II — Bol. I
Manducum — Cl. III — Bol. I
Lingunum — Cl. II — Bol. o
Toppum — Cl. I — Bol. I.
Spigumbergum — Cl. XII — Bol. II.
S. Vitus — Cl. II — Bol. I.
S. Ortlanum — Cl. III — Bol. I
Solumvilium — Cl. III — Bol. I
Lauranzaia — Cl. III — Bol. 0
Medunum — Cl. IIII — Bol. 0
Azzanum — Cl. I — Bol. 0
Emarium — Cl. I — Bol. 0
Fruttina — Cl. I — Bol. I
Flagunea — Cl. I — Bol. 0
Castrum Raymundi — Cl. I — Bol. I
Valvasone et Cusanum — Cl. XII — Bol. IIII — Bol. I
Fagarea — Cl. IIII
Murulium et Tercanum — Cl. XII — Bol. IIII — Bol. II
Castillerium — Cl. II — Bol. I.
Bruzzanum superius / Bruzzanum inferius — Cl. I — Bol. I
Fontanabona — Cl. III — Bol. IIII
Colloredum et Mels — Cl. XIIII — Bol. 0
Leus et Sajunnum — Cl. III — Bol. II.
S. Daniel — Cl. IIII — Bol. II.
Ragunea — Cl. II — Bol. III.
Ruampergum — Cl. IX — Bol. 0
Cussocum — Cl. I — Bol. I
Arthenea — Cl. o — Bol. o
Cumacum — I — Bol. I.
Vandoy — Cl. I — Bol. I
Bui — Cl. I — Bol. I
Attemps — Cl. II

Cucanea / Levhistain / Volugganum	el. XVI	Bal. IIII
Joyhemberg	el. III	Bal. 0
Strassoldum	el. X	Bal. II
Prampergum	el. IIII	Bal. I
Budrium	el. I	Bal. 0
Castellum / Toreantum	el. XII	Bal. II
Varmum	el. III	Bal. I
Filij D. Armini	el. I	Bal. 0
Riua Rotta	el. II	Bal. I
Zeiacum	el. 0	Bal. I
Eurnodum	el. I	Bal. I

Communitates

Aquileia	el. VIII	Bal. IIII
Ciuitatem	el. XX	Bal. VI
Ciuitatem Austriam	el. V	Bal. II
Glemona	el. XII	Bal. IIII
Utinum / Sanctum Danielem	el. XLI	Bal. X
Monsfalco	el. III	Bal. 0
Tulmetium	el. II	Bal. 0
Sacillum	el. II	Bal. 0
Canipa	el. II	Bal. 0
Sacilenum / Euart / Liuncis	el. II	Bal. 0
Los	el. II	Bal. 0
Vipacum	el. III	Bal. 0
Mossa	el. I	Bal. 0
Homines de Terra Libere	el. III	Bal. I
Domini de Pola	el. VI	Bal. I

Summa Elmorum CCCCVI } et cum additione Bal. Reliquorum el. CII } in totum
Summa Balestr. CXVIIII } Bal. L

Elm V.^c VIII
Bal C.LXVIII

Facta igitur impositione predicta statutum fuit ibidem et firmatum quod Elmus predictus sit et esse debeat valoris centum librarum et quilibet Balistra sit et esse debeat valoris quinquaginta librarum den. Venet. paruorum, et quod unusquisque priuatus sit equus, et armis

avenis predictis iuxta impositionem sibi datum usque ad XV dies proxime festum Nativitatis Dominice sub pena, et in pena dimidie marche pro quolibet Elmo qui deffecerit, et deinde Xiim frix.s pro qualibet die, et sub pena XLiim frix.s pro quolibet Balistro qui defecerit, et deinde XX denarios pro quolibet die, que pena sine diminutione aliqua, vel intervallo temporis prout promiserunt penitus exigatur, et quod impositio predicta durare, et durare debeat a predictis XV post Nativitatem Domini usque ad annum integrum.

Post hec super impositione peditum ut diligenter, et cum deliberatione procederent, in ea provisum fuit, quod de dicto Consilio aliqui eligantur ad faciendam impositionem predictam, et quod illi qui eligentur die Jovis prox. esse debeant Utini simul cum Domino Patriarcha, et deinde singulis diebus sicut eis videbitur, donec dicta impositio facta fuerit peditum, super quo fuerunt electi.

D. Abbas Rosacensis — Pro Prelatis
D. Johannes de Villalta — Pro Liberis
D. Asquinus de Collauto
D. Franciscus de Manzano
D. Franciscus de Tarcento — Pro Ministerialibus
Matheus Not. — Pro Communi Aquilegie
Philippus de Portis — Pro Communi Civitatis
Mr. Franciscus Nassuti — Pro Communi Utini
Hermanus Not. — Pro Communi Glemone

Die Jovis 3tio mensis Xbris. In loco predicto Convenientibus in unum simul cum Domino Patriarcha omnibus Consiliariis, et aliquibus Nobilibus Videlicet

D. Decano Civitatis
Nassimo della Turre
Federico de Villalta.
Bernardo de Strassoldo. etc.

Mro. Francisco Nassuti super impositione peditum predictorum firmatum fuit, et promissum quod impositio peditum fiat per Decanum et quod Castaldiones, et Officiales Domini et Nobiles Forijulij Ville, et decanos eorum videlicet ... cant in scriptis, et illas dare debeant Domino Patriarche, et suo Consilio usque ad prox.m festum Epiphanie Domini, et quod in crastinum Epiphanie omnes Consiliarij conveniant cum Domino Patriarcha ad procedendum super dicta impositione peditum. item statuerunt, et firmaverunt quod mostra fiat in Campiformio cum Equis, et armis in crastinum post purificationem Beate Virginis Marie sub pena predicta.

Pro quibus omnia in precedentibus quatuor foliis contenta inclusos Benti a ...

manu fideliter educta e Thesauro Patriae Foriiulii subscripsit
et sigillavit, Joannes Baptista [illegible] Cancellarius eiusdem

// In Christi Nomine Amen. Nos Marquardus Dei Gratia S.tae Sedis Aquilejensis Patria-
rcha [illegible] Azolinus miles de Zuberninis de Utino, et Andreas de [illegible] arbi-
tri, et arbitratores, et amicabiles compositores Litis et quaestionis
vertentis inter Nobb. Viros DD. Zilerium et Bertoldum fratres de
Prampero, Federicum de Colloreto, et Nicolaum et Odoricum
q. dni Pantaleonis, et Joanninum q. dni Thomasii de
Tricano pro semet ipsis, et aliis de domo sua ex parte una
et Nobb. Viros [illegible] Vecellum q. d. Rodulphi, Hermachoram q. [illegible]
et Antonium q. dni [illegible] de Fagania tamquam sindicos, et
Procuratores Dominum Loci et Villae Comitatus Faganeae parte ex
altera occasione pratorum et campanearum praedictorum hominum
et Comitatus de Fagania sitorum et positorum inter aquas del
Corno, et Linco, et Fontanam Baranzani, et Colles de Amadrisio
et Colles, et Ripas, quae sunt versus Tricanum praedictum in
omnibus pratis et Campaneis ijdem de Tricano cum eorum Ani-
malibus se ius pascuandi habere asserunt. Visis auditis
et examinatis iuribus et allegationibus utriusque partis quae
dicere et producere voluerunt; ac super his deliberatione
habita authoritate arbitraria in hac parte nobis concessa
ut constat publico instrumento notato manu mei Notarij infrascripti
sub dictis millesimo indictione die vero 20 mensis Junij. Christi
Nomine invocato, de cuius vultu recta procedunt Judicia.
Sententiamus et mandamus. quod incipiendo a quadam Via
quae est apud Aquam de Linio, in loco qui dicitur Vado a capris
versus solis ortum, et capitaneum eundo, et a qua iter [illegible]
prope paludem de Amadrisio versus occidentem usque ad
quendam rivum, qui est in una Braida, in quo rivo est
quidam lapis magnus niger, et ibi confinat quaedam via
quae dicitur Madrisana, et de dicta Braida incipiendo et
eundo per dictam Viam Madrisanam usque ad fontem, qui est
prope dictam Viam, qui fons dicitur Cavalaresca, et a dicto fonte
per dictam Viam Madrisanam versus Madrisium per quam Viam
iter per prope caput cuiusdam prati Gessaluti, quod pratum est

versus

versus Faganeam, per quam viam itur usque ad quemdam rivum qui est prope collem de Paradisio, et infra dictum Lovarum, qui rivus dicitur rivus Baranzon, et supradicta sint bannita excepto quod secundum, et transitum eorum de Tricano cum animalibus. Item sententiamus, et mandamus vobis, quod omnia et singula prata hominum de Faganea, quae habent iure dominij vel ad affictum, sive ad alium censum in quibuscumque locis in simul, vel separatim ultra vias praedictas versus Tricanum, et infra Cormoneum, et ripas, et colles praedictos de Paradisio, et ripas versus Tricanum sint perpetualiter bannita a festo S.ti Floriani usque ad festum S.ti Michaelis, salvo tamen quod armentarius sive pastor dictorum hominum de Tricano cum eorum Animalibus, si voluerint ire ad pascuandum super pratis praedictorum de Tricano, vel super alijs pratis, quae non sint illorum de Faganea, sive armentarius sive pastor cum animalibus eorum possint ire super pratis praedictorum de Faganea ut supra. cito transeundo per prata praedicta bona fide, et non pascuando occasione fraudis, et vadere per alium locum per modum praedictum non damnificando. et si armentarius sive pastor cum animalibus supradictis super pratis praedictis de Faganea in aliquo casu, sive aliter fecerint damnum ex malitia per modum pascuandi, teneantur solvere reficiendo damnum, et per multam denarios quatuor Aquil.s munere, et si non fecerint damnum estimandi, non solvant aliquam poenam. Item sententiamus praedictis de Faganea, quod in omnibus eorum pratis talia signa ponere debeant, quod pastor sive Armentarius possit cognoscere, et discernere prata ipsorum de Faganea ab alijs pratis. Item sententiamus ut supra, quod praedicti de Tricano cum eorum animalibus annis singulis perpetualiter possint ire ad pascuandum in pratis praedictis vacuis usque ad vias praedictas. Vid.t a festo S.ti Michaelis, usque ad festum S.ti Floriani sine contradictione illorum de Faganea, Nostrae tamen intentionis non existit, quod haec nostra sententia et declaratio se extendat ad possessiones, et prata ultra vel extra pertinentias, et confines, de quibus in ipsa sententia, et diffinitione fit mentio consistentes, et consistentia pertinentes et spectantia ad maiores seu dominos, et massarios

mansorum aliarum Villarum, qui de Faganea, et si aliqui ex ipsis sint de compromittentibus, vel consentientibus antedictis, quibus vel quorum alicui non intendimus aliquod ius competere in aliquorum preiudicium credere vel eis, aut eorum alicui ius competere huius sententie sive declarationis tempore incomode salvum remaneat et illesum. Que quidem omnia et singula supraescripta precipimus ab eisdem partibus sub pena mille librarum parvorum venetorum in compromisso apposita, quam parem non observantem commissa toties quoties contrafacta fuerit committenda in ipsam firmiter et inviolabiliter observari, et pena soluta, vel non, presens nihilominus laudi instrumentum et omnia in eo contenta continentia plenam robur. Quasi lata sententia in eodem instanti, prefati DD. Lileus de Manzano Nicolaus, Odoricus et Antonius, et Joannes quondam Dni Thomasii de Tricano, ac Vecellus, Hieronimus, et Antonius de Faganea eorum et sindicario nomine et procuratorio nominibus antedictis in eadem presentes sententiam huiusmodi laudamus et approbamus in omnibus et per omnia.

Nota quod D. Bartholomeus de Tricano quondam Dni 845. … anno 1409 a quondam Henrico quondam Dni de Padua notaris in S. Vito sua advocatia Dni Sancti Mansorum et iurisdictionis Villae Madoni qua utrique erat pertinendum Dni de Faganea et est in libro … Brandis de Brunano … 74 … D. Andream Lithinum

Lecta et promulgata fuit sententia antedicta die quinto mensis octobris. Anno Dni millesimo tricentesimo sexagesimo nono. Indictione 7a. Presentibus Venerabilibus Viris DD. Georgio de Tortis de Papia, Decano Aquilegiensi, Octobono de Cereda, Decano Civitatensi, et Nobilibus Viris S. Hectore q. … Notariis de Utino, Nicolao Notario q. magistri Georgii, et Nicolussio Notario olim Dni Nicolai Zerbini de Utino ac S. Guilielmo de S.to Daniele Capitaneo Sacili, necnon S. Antonio Iurate Capitaneo … testibus, et aliis pluribus.

Actum in Castro Utini in stuppa superiori memorati Dni Patriarche.

Ego Ioannes q. S. Guberrtini de Honate Utini habitans publicus imperiali auctoritate Notarius, ac predicti Dni Patriarche scriba et Officialis premissis omnibus interfui, et rogatus scripsi.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Dni 1434 Indictione 12a die martis 18. mensis Augusti. Actum in Castro Faganee in Camera cubiculari domus habitationis infrascripti Nob. Viri S. Vorlici. Presentibus Nobilibus Viris S. Ioanne Francisco q. Nob. Viri S. Ioannis de Varmo Faganee habitante. S. Odorico q. Nob. Viri S. Bartholomei de Maniaco Faganee habitante S. Daniele Comuni, magistro Francisco nominato Baldisii Cavdone q. Nicolai Cuzutti de Faganea, Zusino q. Leonardi Sartore, magistro Daniele Fabro q. Nucle de Villalta Faganee habitante. Martino filio Livisi de Faganea Venerio q. Typhoni de Basagliapenta Utini habitante. testibus ad hec vocatis, et specialiter ab ore proprio infrascripti Testatoris rogatis.

Si Testamentorum Solemnitas non foret a Legum Doctoribus introducta solemniter munientium.

morientium bona, et hereditates ad ingratos, ad quos de iure non spe-
:ctant possent euenire, proinde Nob. Vir D. Ulricus q. Nob. Viri
Meinardi, de Faganea sanus p. Dei gratiam mente, sensu, et intel-
:lectu, licet corpore languens, timens dubios, et inopinatos mortis
euentus, ne eum ab intestato mori contingat, suarum rerum, et
bonorum omnium dispositionem p. nuncupatiuum Testamentum
sine scriptis in hunc modum facere procurauit. Imprimis
quidem Animam suam altissimo Creatori Deo nro humiliter reco-
mendans sepulturam sui Corporis sibi elegit, et esse voluit in
Cimiterio Ecclesiae S.tae Mariae de Faganea in monumento patrum(?)
suorum predecessorum. cui quidem Ecclesiae Legauit perpetualiter frum.ti
staria sex et unum starium siliginis annuatim et perpetuo soluenda
et exhibenda ipsi Ecclesiae de quibus suis Liuellis, quae dictus Testator
dixit habere debere in, et super certis campis sitis in Burgo
Faganeae iuxta eorum confines cum pactis et conditionibus infrascriptis
Et p.o Vid.t Quod Camerarius pred.tae Ecclesiae, qui protempore
fuerit, teneatur, et debeat facere fieri anniuersaria infrascripta Vid.t
Anniuersarium olim Nob. D. Meinardi, et Nob. et Honestae D. Ulianae(?) eiusdem
Testatoris Patris, et matris, Item anniuersarium olim Nobb. et honestarum DD.
Londae(?) et Annae aliarum Uxorum ipsius Testatoris, Item anniuersarium olim
Nob. Viri D. Gulielmi eius fratris, item anniuersarium olim D. Meinardi eiusdem
Testatoris filij, Item anniuersarium ipsius Testatoris faciendo quolibet anno
predictorum anniuersariorum cum quatuor presbiteris, et dando Vicario Faganeae
p. singulo anniuersario solidos septem, et alijs presbiteris Cappellanis
sol. sex, et monaco solidum unum. Et ulterius quod Camerarius
antedictae Ecclesiae, qui pro tempore fuerit, teneatur facere fieri
predicta anniuersaria dum(?) soluto unum post aliud et notificare
heredibus suis infrascriptis de predictis anniuersarijs fiendis. Item
voluit ulterius quod predictus Camerarius dictae Ecclesiae, vel eius successo-
:res non possint, nec valeant petere aliqua Legata alias facta p.
antedictas DD. Londam et Annam eidem Ecclesiae S.tae Mariae de Fag.a
et in casu quo petere vellent, et peterent dicta Legata alias facta
p. predictas D. Londam et D. Annam Uxores eiusdem Testatoris pred.tae Ecclesiae
cassauit, et annullauit predictum Legatum sex Stariorum frum.ti et dicti
starij siliginis p. ipsum Testatorem supralegatum.. Item Legauit
Ecclesiae S.ti Michaelis de Castro Faganeae unum starium frumenti
hinc ad 20 annos prox. futuros soluendum super omnibus suis
bonis p. infrascriptos eius heredes, et non ultra. Item Legauit Ecclesiae
S.ti .... de Faganea unum starium frumenti annuatim hinc ad dictum

terminum solvendum, et non ultra. Item legavit honestę D. Dorotheę
Uxori eiusdem Testatoris domos solitę habitat[is] dicti Testat[oris] ad
gaudendum, et usufructuandum usq: ad vitam suam tantum cum certis
mobilibus existentibus in ipsa domo, quę mobilia sint sufficientia
ad ipsam D. Dorotheam cum duabus ancillis eidem danda per in-
frascriptos suos hęredes, ipsa tamen D.a Dorothea vivente casta, et sine
marito. Item legavit sibi unum medium Baiauzium situm in Zaga
iuxta Lianam Dossij, iuxta Matheum de Zag.a ... in sedegliam
et viam publicam usq: ad vitam suam tantum ipsa vivente
caste, et sine marito. Item legavit eidem D.nę Dorotheę annua-
tim usque ad vitam suam staria frumenti sexdecim, duo staria
milei, congia vini sexdecim, marchas sol. duas, currus lignorum
viginti quinque conductos ad domum solitę habitat[ionis] dicti Testatoris
danda et solvenda annuatim eidem D. Dorotheę usq: ad vitam
suam per infrascriptos suos hęredes ipsa caste vivente, et sine marito
ut permittitur cum hac conditione apposita per ipsum Testatorem vid[elicet]
quod ipsa D. Dorothea possideri suprascripta legata non possit, nec valeat
ullo tempore per se, vel alium, seu alios petere iura sua, et si in
quantum peteret, vel non vellet permanere in domo ipsius Testatoris
ut supra voluit ipsam D. Dorotheam habere debere dotem, et iura
sua, et legata per ipsum facta eidem D. Dorotheę sint cassa et
nullius valoris. Item voluit et ordinavit, quod infrascripti sui hęredes
teneantur exigere, seu luere unam Zonam argenteam suprascriptam
tam ipsius D. Dorotheę quę fuit alias pignorata per duc. undecim
per ipsum testatorem. Item voluit et ordinavit, quod infrascripti
sui hęredes teneantur, et debeant indotare Luciam filiam adoptivam
ipsius D. Dorotheę, quando fuerit ętatis nubilis cum ducatis libris sol.
Item legavit per Joanni Blasio unum vestem coloris blavi suffultam
pellibus agnellis, quę fuit olim per Meynardi eiusdem Testatoris filij.
Item voluit, quod dictus per Joannes habeat victum de domo ipsius Testat[oris]
usque ad vitam suam. In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus
et immobilibus, iuribus, et actionibus debitis, et creditis quibuscumque
tam presentibus quam futuris sibi hęredes universales instituit et esse voluit
honestas D.nas Ulianam et Catharinam sorores, et filias eiusdem Testatoris
ęqualibus partibus, inter eas dividendas. Cum hac conditione quod
dictę suę hęredes teneantur, et debeant facere iudicium seu Caballa-
riam temporibus debitis, quam ipse Testator facere debebat pro suis feudis,
quę

que idem Testator habet ea solvere exemptiones que imponuntur ad reparandum locum Tusanee et non aliter. Et si predicte domine Ulriana et Catharina decederent quandocumque sine heredibus legittimis et eis descendentibus, substituit Paulum eius consanguineum q. Borgognoni, et Franciscum q. Hectoris eius Nepotem immediate tantum bonorum omnium et hereditatis eiusdem testatoris equalibus portionibus inter eos dividendis. Et hanc siquidem asseruit esse velle suum ultimum testamentum, et eius ultimam voluntatem, quod et quam valere iussit iure testamenti et si iure testamenti non valere posset, voluit valere iure codicillorum, et si iure codicillorum valere non posset voluit valere iure donationis causa mortis vel quocumque alio iure ultime voluntatis, quo melius de iure valere et tenere posset.

Et Ego Bartholomeus filius Vidoni Duxij de Tusanea publicus Imperiali Auctoritate Notarius omnibus et singulis supradictis interfui et rogatus predicta scribere fideliter scripsi et publicavi.

In Nomine Domini Amen. Anno Domini 1328. Indictione XI.a die II.o mensis Februarij infrascripta facta sunt in Colloquio generali celebrato Utini de dicto in quo intervenerunt infrascripti Nobiles Prelati

D. Abbas Rosacensis.
D. Abbas Sextensis.
D. Morandus de Purcilijs
D. Ulrinus de Prampergo
D. Odoricus de Strassoldo
D. Odoricus de Cucanea
D. Arthicus de Prampergo
D. Hector de Utino
D. Brisitea de Purcileis
D. Gabriel de Prata
D. Napinus della Turre
D. Joannes de Villalta
D. Federicus de Villalta
D. Ludovicus de Camino
D. Bernardus de Strassoldo
D. Joannes de Cucanea
D. Laurentius de Cucanea
D. Thomasutus de Partestain
D. Joannes de Partestain.
D. Rizardus de Valuasono
D. Asquinus de Colloreto
D. Federicus de Savorgnano
D. Jo. Franciscus de Castello
D. Arthicus de Varmo
D. Franciscus de Tercano
D. Philippus de Portis de Civitate
D. Franciscus de Manzano
D. Joannes Medicus de Aquileia
Presbiter Odoricus Notarius de Utino
Presbiter Franciscus Notarius de Utino
Mapheus Notarius de Aquileia
D. Gabrielus q. Gualterij de Civitate
Ottolinus Guidi de Glemona, ac aliorum quamplurimorum tam Nobilium quam Communitatum ad dictum colloquium specialiter congregatorum multitudine copiosa.

Propositis per D. Lathum in Collegio predicto, que proponenda erant, beni-
gne ac diligenter, ac provide super custodia totius terre Foroiulii
et fortificatione eiusdem, et maxime ob propinquum adventum
Dni Ducis Karinthie et aliorum Baronum cum exercitu suo max.o
et super reformatione terre Aquilegie, et reparatione Italie, ac super
facto impositionis militie et mostre facte, et illorum qui non
interfuerunt dicte mostre, necnon super impositione peditum iuxta
X.mi ordinationes, ac etiam super omnibus, et singulis reformatione
indignitatis, et statum bonum, et utile totius terre contin-
gentibus, quesitum fuit ab omnibus more solito quid consulebant
quidve videbatur agendum, et hoc consultum fuit ab omnibus, et
firmatum, quod ad evitandum pericula, et damna, que
occurrere possent, et ad providendum super omnibus, que
proposita sunt per D. Lathum predictum D. Lathus nominet
consiliarios suos et quod illi Consiliarii eligant simul cum
Dno Lathu quatuor, sex, vel octo, sicut eis videbitur, qui
super his provideant, ordinent et disponant prout eis melius
et utilius videbitur, et quidquid fecerint, ordinaverint et man-
daverint, valeant, et teneant, ac si per totum Collegium fa-
ctum esset.

Vocatis igitur statim omnibus Consiliariis antedictis, aliisque de Coll.o recedentibus
in partem provisum fuit per ipsos simul cum dno Lathu quod
septem eligerentur, qui habeant potestatem omnimodam ante-
dictam, et tunc electi fuerunt per ipsos infrascripti duraturi per sex
menses.

D. Morandus de Porcilijs — Pro Nobilibus.
D. Joannes de Villalta — Pro Liberis.
D. Odoricus de Cucanea.
D. Arthicus de Prampergo.
D. Asquinus de Colloreto — Pro ministerialibus
D. Federicus de Savorgnano — Pro Utino.
D. Paulus Boiani — Pro Civitate Austrie

Facta igitur electione predictorum et publicata ibidem coram toto Consilio finitoque
d.to Collegio ipse D. Lathus cum Consiliariis suis predictis electis ascendit
palatium suum predictum, et se traxit in sala parva, ut sibi consu-
leretur, et videretur quid esset agendum. Et tunc primo
provisum fuit super facto impositionis militie Utini quod illi, qui
non fuerunt in mostra, requirantur. item per litteras D. Lathi

ut des

ut die Dominica ouorum omnes sint cum ... et Balest. ... impositis ad faciendum dictam mostram coram dno Lattle, uti erit, et quod contra non conuenientes procedatur ad exactionem poenae in praecedenti Coll.o ordinatae. Contra uero illos de Pulcinico qui nec uenerint nec se excusauerint tanquam spernentes mandata dni Lattle spedatur et pignorentur suis barii suis, et quod d. Lattle de benignitate sua iterum ... de Pulcinico requirat ut die dnica ouorum mostram suam ~~iterum~~ faciant cum aliis, et decenas super facto peditum, quas mittere noluerunt, mittant ad dictum terminum alioquin modo praedicto procedatur contra ipsos.

Tertio prouisum fuit et firmatum itidem dicta die, quod impositis peditum iuxta decenas fiat, et quod pro qualibet decena duo pedites habeantur, ut cum expedient si unus quae decena non sufficeret duo habeantur.

Numerus autem decenarum iunctarum inferius annotatur.

Aquileia consignauit	decenas	XLI
Ciuitatum	decenas	C.o LI
Glemona	decenas	C.o
Utinum	decenas	C.o XXXVIII
Marianum	decenas	XXII
Monfalconum	decenas	XLVIIII
Castaldia Flumiseli	decenas	X
Castaldia Aselli	decenas	LIX
Saccilettum cum Castaldia Aselli	decenas	IIII
Castaldia Mosse	decenas	III
Castaldia Nabule	decenas	XVI
Castaldia Manzani	decenas	XVII
Abbas Rosacien.	decenas	
Capitulum Ciuitatensis de Bisano et Castello consignauit	decenas	VIIII
Item Coreniaco	decenas	XVIIII
Castaldia Landri	decenas	LII
Castaldia Sossumbergi	decenas	XI
Castaldia Tricesimi	decenas	LI
Castaldia Buiae	decenas	XLV
Castaldia S.ti Danielis	decenas	XLVIII
Castaldia Fagaunae	decenas	C.o XLVIII
Castaldia Sedegliani	decenas	XIIII
Capitulum Aquil.ae consignauit in Dalmatia	decenas	II et med.
Martelianum	decenas	XX
Lauarianum	decenas	XIIII

Abbatissa Aquileiensis dedit in singula tertij Tertij Villis et S.ti Martini Muniens: et Cervignani — decemj — XVI.
Gastaldia Tolmini — decemj — LXXXII.
Tarcentum — decemj — XXV.
Pinzanum — decemj — X.
Ragonea — decemj — IIII.
Flagonea — decemj — VIII
Capitulum Aquileiense consignavit in Melareto — decemj — III.
Item de S.ta Maria Longa — decemj — VIIII.
De Ronchis et Ronchettis — decemj — II et med.
Abbas Mozacensis — decemj — XXVII
In Canali Clusae — decemj — III.
Gastaldia Carnee — decemj — CCLXX
Spigmimbergum — decemj — CXXXIII.
Valvasonum — decemj — XXX.
Gastaldia S.ti Viti — decemj — XXV.
Abbas Sextensis — decemj — XXII
Meduna — decemj — XII.
Cvatta — decemj — XXX.
Aurelianum — decemj — XLV.
Palmanum — decemj — XXX.
Gastaldia Avimi — decemj — XLI.
Item de Liberis de Maniaco — decemj — VIII
Item de Ministerialibus — decemj — II.
Item de Servis — decemj — I et med.
Sacillum — decemj — VII.
Caniza — decemj — XIII.
Fusanum, Zeus — decemj — X.
Mels, Colloredum — decemj — XV.
Tercenum, Prumtum — decemj — X.
Villalta, Cavarianum — decemj — V.
Pantianicum — decemj — II.
Castelerium — decemj — III.
Brazanum superius, Brazanum inferius — decemj — III.
Prampergum — decemj — VIII.

Sauvegnanum }
Cervedum } —— decenay - —— VI
Cucanea — —— decenay — —— X
Castellum — —— decenay —— V.
Strasoldum — decenay —— V IIII.
Rivarotta — —— decenay —— V.
Varmum —— —— decenay —— VI.
Bragnaria — decenay — —— X.
Villa Nova — — decenay - - - III.

Summa decenarum sunt decenae duo millia, et quindecim et med.

Patet manu Gabrielis q. Henrigini de Cremona Not. et cancelli tempore Patriae Lugani in uno quinternio magno grosso signato per R. cum coperta. Edi q. Hoc cuius Not. q. Simoni de Louania notis habes.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem 1337. Ind. quinta die ij mensis Januarij. Civitate Austriae in camera cubiculari infrascripti Dni. Bertrandi Patriae. Convocato et congregato consilio solito coram D. Dno. Patriae more solito in quo quidem consilio erant infrascripti consiliarij et alij electi per dictum D. Patriarcham, et ipsum consilium. Vid. Ven. Viri.

D. Merandus de Laurileis Canonicus Aquilegiensis
Gulielmus Magnani D. Decanus Canonicus Civitatensis et
Gerardus prior de Sanmana Capell. D. D. Patriae ac Nobiles Viri

D. Odoricus — Henricus de Cucanea
Girardus et — Osalcus de Strasoldo
Joannes de Cucanea — Rambaldus de Camurraco
Arthicus de Murusacco — Ricardus et
Bregonea de Spilimbergo — Jacobus de Triano
Philippus de Portis — Franciscus de Villalta.
Conradus Boianus de Civit. Austriae — Ludi. Philippus de Civit. Austriae
Hermanus de Carnea miles ac — Daniel Castaldio Civitatensis
Gabriel de Cuatta — Stephanus Not. de Aquil.
Asquinus de Colloreto. — Antonius Not. de Civitate et
Guarnerius et — Mancotus de Utino.

Et porlectis iisdem Capitulis suprascriptis aliis propositis in collegio generali et petito consilio a suprascriptis pluribus tandem deliberatione habita diligenti consuluerunt, deliberaverunt, et ordinarunt, provideruntque in primis super primo Capitulo, quod tabor de militia Foriiulij augumentand. quod eligantur sex personae de Foroiulio Vid.

Unus pro Prelatis, unus pro Liberis, duo pro ministerialibus, et duo pro communitatibus, qui haveant authoritatem augmentandi dictam militiam sicut eis videbitur expedire pro relevatione Patriae Foriiulii et sic per dictum D. Patriarcham et Consilium statim electi fuerunt Vero Viri:

D. [illegible] de Aurileis Can.cus Aquil.s — Pro Prelatis.
D. [illegible] de Prata — Pro Liberis
D. Artichus de Spilimbergo et
D. Artusius de Spilimbergo — Pro ministerialibus ac
D. Philippus de Portis et
D. Hermanus de Carnea — Pro Communitatibus.

Quibus per dictum Consilium tradita fuit potestas augmentandi dictam militiam et de ipsa providendi, sicut melius et utilius pro securitate, defensione et bono statu Patriae Foriiulii expedire viderentur eisdem, et ad hoc faciendum terminum habeant hinc ad Dominicam mediam Quadragesimae.

Die 20 mensis Januarii. [illegible] Nobilibus Viris D. Odorico de Cucanea et Girardo eius filio militibus [illegible] suprascripti sex electi per dictum Consilium convenerunt in unum ad providendum super premissis sibi commissis a dicto Consilio pro bono statu ac defensione Aquileiensis Ecclesiae ac Patriae Foriiulii augmentaverunt et addiderunt militiam iam dicto D.no Patriarchae, quae eius subditis ultra impositionem alias factam, prout inferius continetur, addiderunt namque supradictis

D. Patriarchae	El. XX	Bal. V.
D. Episcopo Concordiensi	El. II	Bal. II.
D. Abbati Bellinianae.	El. I	Bal. I.
D. Preposito S.ti Stephani Aquil.	El. I	Bal. 0
Monasterio maiori Aquil.	El. II	Bal. II.
D. Abbati Rosacen.	El. II	Bal. II.
D. Abbati Moggacen.	El. II	Bal. I.
D. Abbati Sextensi.	El. II	Bal. I
Monasterio maiori Civit.	El. I	Bal. I
Illis de Prata	El. IIII	Bal. 0
Illis de Purcileis	El. IIII	Bal. 0
Illis de Pulcinico	El. II	Bal. I
Habitatoribus de Aviano	El. I	Bal. 0
Illis de Maniaco	El. I	Bal. I
Illis de Porzano	El. 0	Bal. I

Illis de [illegible]

Illis de Toppo	el.	o	Bal.	i.
Illis de Spilimbergo	el.	ii.	Bal.	ii.
Habitatoribus S.ti Viti	el.	i	Bal.	i.
Illis de Sbroiavacca	el.	i	Bal.	i.
Illis de Prattha	el.	ii.	Bal.	i.
Illis de Flagonea	el.	i	Bal.	o
Federico de Castro Raymundi	el.	o	Bal.	i.
Illis de Villalta et Cavoriaco	el.	ii	Bal.	ii.
Habitatoribus de Fagagnea	el.	ii	Bal.	i.
Illis de Tercano et Maruto	el.	ii	Bal.	ii.
Illis de Fontebono	el.	i	Bal.	o
Illis de Colloreto et Melso	el.	ii	Bal.	ii.
Illis de Perso et Susans	el.	o	Bal.	i.
Henrico Bertulo et Corradella Fratribus de S.to Daniele	el.	iiii	Bal.	ii.
Aliis habitatoribus de S.to Daniele	el.	i	Bal.	o
Illis de Brazacco	el.	i	Bal.	o
Illis de Vendoio	el.	o.	Bal.	i.
Illis de Buia	el.	o	Bal.	i.
Habitat. et ministerialibus de Artegna	el.	ii	Bal.	i.
Illis de Cucanea, Pertistagno et Valvasone	el.	iiii	Bal.	i.
Illis de Sasimbergo	el.	i.	Bal.	o
Illis de Strasoldo	el.	ii	Bal.	o
Illis de Manzano	el.	ii.	Bal.	i.
Illis de Varmo	el.	i	Bal.	i.
Utino Gaucognano	el.	X	Bal.	V.
Civitati Austrie	el.	V.	Bal.	iii.
Glemone	el.	iii.	Bal.	ii.
Aquileie	el.	ii.	Bal.	o
Montisfalconi	el.	i.	Bal.	o
Rinavolta	el.	i	Bal.	o
Tolmetium	el.	i	Bal.	o
Cervadum	elm	i	Bal.	o

Patet manu S. Rubertini de Novate notarii et Cancell. Reverendissimi Dni. Beltrandi Patriarche in uno quinterno papireo continenti plures ordinationes colloquiorum. Notis cuius S. Rubertini notarii S. Simonis Nots. de Levania Utini habitans habet

Premissa omnia inscedentibus quatuor folijs contenta inclusive, penes alienam manum pd.o e Thesauro Patrie Turifulij educta subscripsit et signavit Io. Bapta Marchetanus Cancell. eiusdem. §

Havendo, ed ordine fatto fra' Nui consorti nell'anno 1575, come appare nel Libro publico delli Conseglj di far il quarto conseglier ogni anno attento, che siamo tre collonelli solamente, che in volta si facci vestendo fuori detto quarto l'anno che tocca alli mag.ci Ssig.ri Savorgnani la Cameraria come qui sotto.

m. Daniel
m. Nicolò
m. Hier.o

1575. Camerario m. Hier.o · Cons.i ordin.o m. Daniel. · extraord.o m. Guglielmo suo figlio.
1576. Cam.ro m. Daniel Cons.i ordin.o m. Jacomo. extraord.o m. Nicolò suo fig.lo
1577. Cam.ro m. Zuane. Cons.i ordin.o m. Hier.o · extraord.o m. Jacomo suo Nipote.
1578. Cam.ri Li mag.ci Savorgnani che all'hora siamo un Collonello solamente.
1579. Cam.o m. Hieronimo. Cons.i ord.o m. Daniel extraord.o toccava a' Nui
1580. Cam.o S. Bernardin. — Cons.i ordin.o m. Jacomo. extraord.o m. Nicolò.
1581. Cam.o m. Zuane Cons.i ord.o m. Hier.o — extraord. m. Jacomo suo Nipote.
1582 Cam.ri Li mag.ci Ill.ri Savorgnani Cons.ri m. Jacomo m. Hier.o et m. Daniel.
1583 Cam.o m. Hier.o Cons.i ord.ij Bernardin m. Jac.o · extraord. m. Daniel.
1584. Cam.o m. Daniel. Cons.i ord.ij m. Jac.o m. Hier.mo · extraord.o m. Nicolò
1585. Cam.o m. Jac.o · Cons.i ord.ij m. ~~Daniele Hieronimo, extraordinario~~ Jac.o Santinin
1586. Cam.ri mag.ci Savorgnani Cons.i ordinarij m. Jacomo, S. Bernardin m. Hier.o
1587 Cam.o m. Hier.o, Cons.i ord.ij m. Daniel, m. Hier.o, et 4to Daniel
1588 Cam.o m. Daniel. Cons.i m. Jac.o, m. Hier.o e 4to m. Nicolò.
1589. Cam.o m. Zuanne. m. Hier.o m. Daniel 4.to m. Jac.o Santinin.
1590 Cam.i mag.ci Savorgnani C. m. Daniel, m. Jacomo, m. Hieronimo
1591. Cam.o m. Hier.o Cons.i m. Jac.o, m. Daniel 4.to Daniel.
1592 Cam.o m. Daniel, m. Nicolò, m. Hier.o 4.to m. Jac.o Laur.
1593 Cam.o m. Jac.o Laur., m. Daniel, m. Jac.o Sant.n, 4to m. Hier.o
1594 Cam.i mag.ci Savorg.ni, m. Daniel m. Jac.o Laur. 4.to m. Hier.o
1595 Cam.o m. Hier.o, m. Daniel, m. Nicolò 4.to m. Daniel.
1596 Cam.o m. Daniel, m. Jac.o Laur.o, m. Hier.o 4.to m. Nicolò.
1597 Cam.o m. Nicolò, m. Daniel, m. Hier.o 4.to m. Jac.o Sant.
1598. Cam.i mag.ci Savorg.ni m. Daniel, m. Nicolò m. Hieronimo
1599 Cam.o m. Hier.o, m. Daniel, m. Jac.o L. 4.to m. Daniel.
1600 Cam.o m. Daniel, m. Jac.o L. m. Hier.o 4.to m. Nicolò.
1601. Cam.o m. Jacomo L. m. Daniel. m. Hier.o 4.to m. Jac.o S.
1602. Cam.i Mag.ci Savorg.ni - m. Daniel m. Nicolò - m. Hieronimo
1603. Cam.o m. Hier.o, m. Daniel, m. Jacomo L. 4.to m. Daniel.
1604. Cam.o m. Daniel - m. Nicolò, m. Hier.o 4.to m. Jac.o Laur.
1605 Cam.o m. Nicolò - m. Daniel, m. Hier.o 4.to m. Jac.o suo Nipote

1587.
sé, né comprar lite, né cose littigiose, tuttavia da certo tempo in
quà sono molti non stimando l'Anima sua, né aggravano

l'huomo.

l'honor, et manco li ordini, et Leggi nostre, che publi-
cam.te comprano lite, et cose littigiose, ed assumeno le
cause in se dando à coloro de chi sono quella parte li
pare, overam.te fanno patto insieme de spender loro in le
litte, et fatticarsi in haver parte dell'acquistato, overo
fanno patto di diffenderla lite, et difinita quella haver un
tanto, che si chiama pactum de quo, talitis facendolo
et à bocca, et in scrittura, cosi in vero contra ogni dover
et giustitia, et contra il ben viver et dannoso alli cittadini
et suditi nostri, al che essendo da proveder.

L'anderà parte che salve, et riservate le Leggi, ed ordini so-
pra ciò disponenti, ed à questo non repugnanti instituito
et preso, che se alcun Nobile Cittadino, et suddito nostro
de questa città di Venetia, et de tutte le terre o luoghi nostri
da terra et da mare, et cadaun altro sia chi esser si vo-
glia, comprarà cosa littigiosa, cosi mobile come stabile, ovvero
lite in sè pattizando di espedirla, overamente farà patto
di difender quella, ed in fine aver parte dell'acquisto
overo danari, et similmente ogni altro patto qualitercunque
et quomodocunque imaginar si possa per causa di cose littigiose
over lite si avanti il principiar delle cause, come prin-
cipiate, et non finite, cosi de stabili, come de mobili, et
danari o de qualun altra cosa, che dir et pensar si possi
sotto alcun colore, o inzegno cada à la pena d'esser ban-
dito da questa città, o luogho, dove commettesse tal
misfatto per anni cinque, ed essendo Nobile nostro
per d.to tempo etiam non possa haver off.o beneficio cons.o o
regimento alcuno, et debba pagar duc. 300 un terzo del
qual sia dell'accusator un terzo delli Avogadori, et l'altro terzo sia
del Arsenal nostro, e se sarà cittadino, o Avocato non possa parim.te
per anni cinque ne in questa città ne in alcun luogo della S. N.
haver officio ne beneficio alcuno, ne avocar pagando similiter
li duc. 300 ut supra, ed ogni vendita atto scritto et patto si
in scrittura, come à bocca siano cassi nulli, et di niun valore
come se fatti non fussero ritornando il tutto al pristino esser
et non essendo obligato il vendidor restituir cosa alcuna à colui
che havesse comprata la lite, medesimamente tutti simili atti scritti
e patti fatti avanti la presente parte s'intendino, et debbano esser

taglia, et nulli siccome dispone la parte de 14 Novembre 1485 la qual ancorche non si trovi registrata nella Cancelleria nostra tamen de essa sortiò il suo effetto. Non si possano di esse sententie cose far gratia, donno, remission, ò compensation, salvo se la parte non sarà presa per la maggior parte de Consiglieri Capi di 40 et savij de l'una e l'altra mano, et presa per li tre quarti de ballotte di detto Conseglio congregato da 150 in suso, e sia mandata questa parte per le dette Città et terre nostre, et posta nelle commissioni de Rettori nostri, et registrata nell'officio dell'Avogaria.

Ex Libro L. Advocariae fol. 200

Si fa ampla ed indubitata fede per l'officio della Cancelleria di Fagagna qualmente l'Illustrissimo Signor Fedrigo Savorgnano cogl'Illustrissimi Signori Gio. Franc.o e Gio. Carlo Savorgnani di bo: me et hora li loro heredi hanno sempre hauto et hanno una parte del Castello di Fagagna detto il Zirone, et ogni quarto anno hanno hauto et hanno una voce nelle 4 delli mag.ci Consorti d'esso Castello chiamata la Canevaria publica cogl'altri sud.i Consorti, et gl'altri delli suburbij giudica con mero e mixto imperio il luoco sud.o di Fag.a et Ville soggette a d.o loco con la sentenza pero del mag.co Sig.r Gastaldo rappresentante sua ser.tà et cosi è stato osservato ed osservasi oggidì come appare nelli libri delli conseglj esistenti nella Cancell.a pred.ta in quorum fidem.

Faganeae die ... Janij 1607.

Hieronimus Lola Faganeae Cancell.s m.to

Franciscus Enzo Locumt.s Illus.mi Dni Pontificij

(L. S. S. Marci) Attestamur supradictum Sp. D. Hieronimum Lolam esse Not.m et Cancell.m Faganeae, cuiusque scripturis publicis plena fides adhibenda.

Franciscus Rivardus Not. Cancell.s Regiminis mand.o

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem 1454 ind.e 2 die Veneris 7.o mensis Maij. Tarvisij in Horto R.mi Dni Episcopi Tarvisini. Congregato Ven. Capit.o Tarvisino per Presbiterum Gasparem Claudum Nuntium juratum d.i Capit.i de mand.o R.di D. Decani infrascripti ad instantiam R.mi D. Episcopi Tarvisini, per [illegible] die ... hora de mane. In quo quidem Capit.o interfuerunt R.di Dni Vitus Vonicus Ducietus Dni Decanus, Joannes Cavaceus Archidiaconus, Alouisius de Aleotis, Bartholomeus de Anerio Franciscus Bocchus

Antoninj.

Artium et decretorum doctor Franciscus de Azolinis omnes Canonici dicte Ecclesie maioris Tarvisinae facientes et constituentes totum et integrum Capitulum, cum nullus alius esset in Civitate et diocesi Tarvisina, ut idem Nuncius retulit qui fores evocandus ad ipsum de iure, vel de consuetudine. Ubi personaliter existens R.mus in Xpo pater et D. D. Joannes Archiepiscopus Thebanus et Episcopus Tarvisinus exposuit qualiter ex Litteris D.ni Vicarii eius V.ris D.ni Andree Asquini intellexit D. Bartholomeum Roverio ibi presentem in dicto Capitulo constituisse q. Victorem fratrem suum procuratorem ad comparendum contra ipsum D. Andream Asquinum Vicarium suum occasione prebende canonicalis q. D. Allexii del Niono de qua est legittime investitus dictus D. Andreas predictus et cuius possessionem habuit iuridice, nec non contra ipsum Capitulum et contra sententiam per ipsum latam contra dictum D. Bartholomeum super optatione dicte prebende, et propterea ipsum D. Bartholomeum Roverium ibi presentem sua R.ma Dominatio interrogavit an sit verum quod dictus D. Bartholomeus sic constituerit suum procuratorem ad faciendum predicta contra D. Vicarium predictum, et contra dictum Capitulum, ac determinationem eius super optatione sententia per D. Bartholomeum antedictum. Qui respondit verum esse quod constituit dictum suum fratrem procuratorem ad comparendum Venetiis coram Ill.mo D.mo Veneto contra Collectos et officiales predicte prebende solum ad revocandum seu revocari faciendum certas Litteras impetratas ab Ill.mo Do: mandantes eos debere dictos Collectos ad respondendum de fructibus et proventibus dicte prebende ipsi D. Vic.o predicto, et ad faciendum respondere sibi de dictis fructibus, et non aliter, nec alio modo ipsum suum Fratrem constituisse procuratorem. et hec responsio per D. Bartholomeum facta fuit. Presentibus presbitero Zampiero a Fontico precendato maioris ecclesie, et presbitero Gaspare Clando Nuntio Iurato dicti Capituli testibus vocatis, et rogatis.

Ego Antonius Bernagnus filius q. Eximii Iuris Utr. doc. D.ni Lottavii de Felt.e publicus Imperiali auctoritate Notarius R.mi D. Episcopi Tarvisini et eius Curie ac suprascripti Capituli Cancell. premissis, ac omnibus et singulis interfui, eaque rogatus per alium Notarium in hanc publicam formam redactum presens instrumentum in fidem me subscripsi cum meo Tabellionatus signo consueto.

S. V. [illegible]

Origo Fajaneæ.

Et si innumerabilium fere annorum documentis publicis Castri Fajaneæ vetustas foret notissima, presertim imperiali privilegio ser.mi Imperatoris D.ni Othonis secundi dato Veronæ Anno a Nativitate D.ni et Salvatoris n.ri Jesu Xpi 983. 3.o Idus Junij Castrum Fajaneæ cum alijs quatuor Vid.t Buiæ Utini Bragani et Fluvarij attestantis esse proprium Basilicæ Aquileiensis, nulli alij quam Patriarchali potentiæ subiectum cum milliaribus tribus circum circa Att.n favente Deo optimo max.o originem eius investigantibus nobis se se obtulit, dum Ecclesia nova maior in honorem Assumptionis Beatiss.æ Virginis matris mariæ erecta construeretur, capellis prope Turrim in Arengheram formam nostrorum decreto esset redigenda in fundamento antiquioris Altaris maioris iam annis quinquaginta evoluti, repertus lapis antiquus quadratus pedum duorum in quo insculptæ sunt infrascriptæ Litteræ Titi Fannij Romani memoriam recolentes, qui prout Romani consueverant cum eius hos Latiæ situs solatij gratia usere primus hoc in loco consedit, ab eius nomine Fannianum appellatum, corrupta dictione a linguarum defectu et abusu Fajaneam postea nominatam et ad perpetuam rei memoriam nostrorum eundem mand.o in muro Turris chorum respicientem impositus tenoris subsequentis, quem quilibet curiosi ingenij Latiæ vetustatem revereri et intuens re ipsa noverit in antiquitatibus reperiendum.

1573 26. Augusti
Forma Lapidis, et Litterarum series a me Daniele ex Consulibus Castri predicti ex novo educte.

T. FANIVS T. F.	Titus Fannius Titi filius
C FANIVS T F NICER	Cajus Fannius Titi filius Nicer
T. FANIVS T F	Titus Fannius Caij Filius
TVLLIA M F	Tullia Marci Filia
SECVNDA VXOR	Secunda Uxor
V F S T S	Vivens fecit sibi Tullia suis que.

Titus
Titus
Cajus
Titus Tullia 2da Uxor

Pacta Ser.mi Duc. Do: Venetiarum.
Cum R.mo D. Patha Aquileiens.

In Christi N.e Amen. Anno Nativitatis eiusdem 1445 ind. 8.a mensis Iunij 18 Pateat omnibus hoc publicum instrumentum inspecturis quod cum hoc sit quod R.mus in Xpo Pater, et D. D. L. miseratione divina tt. s.ti Laurentij in Damaso Presbyter Cardinalis, et Patha Aquil.is

et

et Ser.mi D. Nri Pape camerarius olim tam per litteras quas per nonnullos nuntios, et legatos suos ac etiam personaliter hic existens legatus de latere S.te Sedis Apostolice et prefati Ser.mi D. Nri plures requisierit, et novissime per R.dum in Xpo patrem D. Joannem de reate eiusdem sedis prothonot.um et ipsius dni Patriarche procuratorem sindicum et nuntium specialem, ut de eius mandato patentibus literis dicti R.mi D. Cardinalis et Patriarche cum suo magno sigillo sigillatis datis Rome apud S. Laurentium in Damaso anno dni 1445 Ind. 8a die 6 mensis martii a Nobis Notariis infrascriptis visis, et lectis plene constat, instantissime requirat Ill.mum Duc. Do: Venetiarum, ut ipsi R.mo D. Cardinali et Patriarche tanquam Patriarche Aquileiensi, et pro suo Patriarchatu det, et restituat, et assignet Civitates, Terras, oppida, Castra, loca et bona que ipsum Ill.mum Do. iam diu tenuit, et hodie tenet, et possidet de bonis d. Patriarchatus. Ex adverso pro parte ipsius Ill.mi Do. dicebatur et dicatur quod illas et illa non teneatur restituere, cum per ipsum iuste et ex iustis causis acquisita sint. Nam cum iniuste per invictissimum tunc Romanorum Regem fuisset indictum bellum ipsi Ill.mo Do: cum favore et auxilio Patriarche Aquil. et totius Ecclesie et Patrie Aquil., equum et iustum fuit ipsi Domino bona iniuste invadentium sua propria facere, et acquirere, et demum tanquam propria retinere, et si vellet ex benignitate predicta retinere iustum esset ei prius satisfieri debere de damnis receptis, et interesse, et expensis omnibus per ipsum Ill.mum Do. legittime factis et passis tum in defendendo loca propria invasa et lacessita a prefato Romanorum Rege et pre Ludovico Patriarcha et Ecclesia Aquil. ac subditis suis diebus iniuste et indebite, tum etiam in recuperando bona antedicta per necessaria ipsius Ill.mi Do. et suorum locorum ... de manibus ipsius pre Ludovici Patriarche et aliorum iniuste et indebite detinentium in terris et locis ipsius eius inquietantium, nam predictus Ludovicus pre Patriarcha et Dux Theck detinens predicta bona iniuste et amice, ut Vicinos et finitimos decet, tractatus nulla cum ad hoc iusta ratione cogente contra omne naturalis et civilis iustitie debitum, et contra honestatem et ritum Ecclesiasticum accersitis et admissis non semel sed pluries et diversis vicibus magnis ac potentissimis exercitibus predicti Regis ac Vannorum Germanorum ceterorumque omnium, qui nomini veneto tunc inimici et infesti erant, nedum his adiutoribus, sed subiectum Venetum territorium ac eorum subditos plerumque incessit, et invadentibus quibuscumque vel invadere volentibus vel quomodocumque offendere Ill.mum Dnium et eius Civitates, oppida loca et subditos semper auxilium, consilium, auxilium et favorem prestitit, et se cum illis adiunxit una cum omni Patria et Ecclesia supradicta. Quibus ex rebus plurima loca dicti Dnii capta incendiis ruinis predis, rapinisque exposita et devastata fuere, cum maxima subditorum suorum cede, et miseranda membrorum mutilatione, adeo quod temporibus illis nullus Venetorum locus latinis temporibus finitimus securus

petito d. Patriarche sibi restitui dominium suum

pro parte Ill.mi Do. quod non teneatur restituere.

poterat iudicari, sed suspitionis, timoris, mestitie et cladis tam publice quam private omnia plena videbantur. Hec cum durum et acerbissima ipsi Illmo Do: Veneti magno pere essent, nec, quam eorum dignitatem, ac veterum in subditos fidem ac singularem eorum clementiam tollerari deberet. Romanum tunc Pontificem quam Litteris et Oratores suos sepenumero requisiverit, ut ipse, prout iuris erat, D.num Patriarchum a tam temerariis, et iniuriis ausis amoveret et compesceret. Cum Romanus Pontifex hac de causa misso Rmo dño Cardinali Hispano volentibus ei D.to Patriarche, et Ecclesie et Capitulo ... obedire tante, tamque necessarie rei, post hoc Pontifice ... satis, ... minime providit ... cum nihil eis relictum esset nisi iura ut repetere ut sua, et ... suorum bona tuerentur, ac tantos tamque hostiles impetus, et frequentes, ac diuturnas iniurias iniusta... ... quam pervasorem exercitum contra dictum Patriarcham, et publicam Patriam quam tenebat cum qua et et quam ipsum Illmum Do: totiens offenderat, paraverunt. Quo factum est ut favente deo, ac iustitia Patria Foriiulii in eorum ditione brevi tempore non contradicente Romano Pontifice devenerit et pluribus annis salubriter detenta, gubernataque fuerit, que cum ita iuste et legitime acquisita sint

Illmum Do: Veneti satis clare intelligit nemini quam ipsum de eorum ... signa tamen in predictis rebus ... humanitate in Rmum D. Cardinalem ubi vellet, nemo est, qui non intelligat ipsi Illmo Do: saltem ... deberi damna, interesse, et expensas que summa ducatorum trecentorum millium excedunt. His enim memento adiungi potest, quod ipsum Illmum Do: Venetum hec loca maximis sumptibus semper defensavit et hodie defendit adversus eos qui contra S.tam Romanam Ecclesiam et Beatiss.m D. Eugenium Papam Quartum adversa altaria erexerunt, et sacrilegium scisma in dei Ecclesia introduxerunt, et adhuc turpissime inducunt et nutriunt. Nam predictus Ludovicus Dux Decii olim Patriarcha Emulus Beato Eugenio suo nomine Basiliensis Concilii dicta territoria invadere nixus est, et olim quidam Episcopus Tridenti Cardinalis et Patriarche Aquilegensis. Porterea ex Nobiliss.o prosapia ducum genere ortus predicta bona quodam quesito colore summis viribus usurpare studuit ad quod non parum referebat, quod alii de Teucris, et Lott... et oratoribus undique adiuta fuerunt. Parabant enim maximis conatibus multas gentium copias ipse eorum consuetudines omni armorum genere munitissimas et validissimos exercitus contra Ungariam, ac omnem populum Christianum, qui si prevaluissent, quod Deus avertat maximum nimium periculum Patrie Aquilegensis

rei ...

res ipsa attulisset, et ideo non iniusta quidem ratione dicta loca ipso
Illmum Do: et prius absolute et incaute extitere hactenus vacu
sanit, nec eius subsidijs dictis locis destitutis non solum ipsi Illmo Do:
sed Universae Ecclesiae S.tae Dei et cuncto populo Xpiano damnum et
gravissa iactura illata fuissent. Ex adverso autem dictus D.
Joannes Protonot. his auditis, et intellectis nominibus quibus sup. — *Procurator Rmi Patriarchae*
patebat ipsum Primam [illegible] debere restitui. Post multa tandem
hinc inde examinata discussa et agitata praedti D. Protonots
Sindicus et Procurator dti Rmi D. Cardinalis ex una, et Spect. et
Gen.si Viri Domi Franciscus Foscari Procurator S.ti Marci et Ludovi
cus Foscareno Juris doc. Hon. Cives Venet. mandatarij Sindici
et Procuratores Illmi Principis, et Excel.mi D.D. Francisci Foscari
Dei gratia ducis Dominij et Cois Venet., ut de eorum Sindicatu
et mando plene constat publco instrumento scripto et publto
manu circumspecti Viri D. Daniel de Tebaldis publici Imp. auct. Notj
ac praedti Illmi D. secretarij die 9 mensis junij . . . a nobis — *Concordium.*
Notijs infrascriptis viso et lecto, ex parte altera volentes benigne
concorditer, et amice utriusque partis indemnitati consulere ad
infrascriptam compositionem, concordium, transactionem et infrascripta
capitula, conventiones et pacta unanimiter devenerunt. Nam
primo praedti DD. Franciscus Foscari, et Ludovicus Foscareno
nomine quo supra fatentur et accipiunt ipsum Rmum Cardinalem
et Patriarcham in unicum, verum, Canonicum et Indubitatum Pa
triarcham Aquil. prout hactenus habuerunt secluso omni alio
pseudo Patriarcha in futurum. Promiserunt quoque praedti Sindici et — *Amicitia clar.mi D.D. Sindicorum Illmi Dominij.*
Procuratores praedti nomine, quod dictum Illum Do: habebit perpetuam
et inviolabilem amicitiam benevolentiam et caritatem cum ipso Rmo
D. Cardinali et Patrcha eiusque et statum suum in dicta Patria omni tem
pore, omni casu, et omni modo, et contra quemcumque tuebitur, et
manutenebit, et in omnibus et per omnia secum aget, et cum
eius, et homine sibi Carmo, et e contra promittit idem D. Pro
thonots nominibus dictis ut sup. praelibatis Dnis Sindicis et Procuratoribus
Illmi Dnij Venet. perpetuam et inviolabilem amicitiam, benevolenti
am et caritatem cum ipso Illmo Dnio, eiusque et statum suum in dicta — *iurisdictio spiritualis Rmi Dni Patrchae in toto Patriarchatu*
Patria omni tempore omni casu, et omnimodo, et contra quemcumque
tueri et manutenere. Item promittunt dicti Sindici et Procuratores
noie suprad. quod totalis iurisdictio spiritualis et Ecclesiastica et
omnis superioritas et administratio in spiritualibus dicti Patriarchatus et
Patriae Aquil. sine diminutione aliqua sit, sicut hactenus semper
fuit ipsius Dni Rmi Cardinalis, et Patrchae, eius veram, veram
et totalem obedientiam in spiritualibus omnibus, et in administratione

4

usu, et exercitio omnium spiritualium ex nunc exhibent, et assignant
Promittentes quod dictum Illmum Dominum pertinentes ad omnes subditos dicte
Illmus Do: dictum dominium faciet in spiritualibus ipsi Rmo D.
Patrie ac eius officialibus plene obedire, nec directe vel in
directe de dictis iurisdictione vel administratione spirituali se
impedire quinimo ipsum Rmum D. Cardinalem, et Patriam
in sua iurisdictione spirituali protegere et defendet. Insuper
ut ipsa Ecclesia Aquileien. et ipse Rmus D. Cardinalis et Patriarcha
bonis temporalibus dicte Patrie utantur et gaudeant non advertente
dicto Illmo Do: ad predictas omnes maximas expensas per se factas
et fiendas damna et interesse que pretendit ut supra et ad
plura multa alia que habet dictum Illmum Do: in dictis bonis de
quibus supra se volentes multa remittere supradicti D.D. Sindici et
procuratores antedicti nomine cum eodem dicto Prothonotario nomine quo
supra convenerunt quod Civitas Aquileie et Oppida Sti Viti et
Sti Danielis in dicta Patria consistentia cum omnibus eorum districtibus
et pertinentiis territoriis, fructibus, commoditatibus, emolumentis,
et quibuscumque aliis iuribus eorum, et cum omnimoda iurisdictio-
ne, ac mero et mixto imperio, ac omni temporali dominio
exceptis feudis, et illorum collatione habeantur per ipsum Illm
Rmum Cardinalem et Patriam, et quod in illis nullo modo dictum
Illmum Do: se impedire possit, sed totale dominium, admini-
stratio, gubernatio et omne imperium eorum libere remaneat
dicto Rmo D. Cardinali, et Patrie et ex nunc dicti Dni Sindici
et procuratores quo supra nomine dictam Civitatem et Oppida cum
dictis eorum districtibus, territoriis, et iuribus ut supra dictum
est libere relaxant, restituunt, et assignant dicto D. Pro-
thonotario dictis nominibus recipienti dictoque Rmo D. Cardinali et Patrie
liberam potestatem facultatem et authoritatem realem possessio-
nem apprehendendi dictarum Civitatis et Oppidorum cum dictis eorum
districtibus, territoriis et pertinentiis, ut supra dictum est propria
authoritate sine aliqua licentia vel requisitione dicti Illmi Dnij.
Cum his tamen conditionibus et pactis quod omnes introitus
redditus, proventus et emolumenta percipiendi Rmum D. Cardi-
nalem et Patriam ex temporalibus dictis locis computentis
in summam ducatorum quinque millium infrascriptorum. Item
quod omnes qui tenentur personaliter vel cum equis servire
custodie dicte Patrie undecumque sint etiam si in dictis tribus locis
habitent semper cum res exegerit, vel ipsi Illmo Do: opus
visum

usque fuerit, obediat et serviat ipsi Ill.mo Do:, et eius officialibus, ipse
R. pred.tus Rmus D. Card.lis et Lathia et eius Officiales non permittant
portari sal aut ullo alio sale in dictis suis locis, quam de sale Ca-
meram d. Ill.mi Do: in dicta Lathia ad hoc deputatorum vel
deputandorum. Item quod non permittant committeres contra
banna dicti salis, vel aliorum vero servos fugitivos et alios
quoscumque rebelles et bannitos per ipsum Ill.mum Do. in dictis locis
tute et secure permanere et ibi inveniantur, emittantur
in potestatem ipsius Ill.mi Do: et econtra banniti fugitivi
vel rebelles ecclesiastici innodati per ipsum Rmum D. Card.lem et Lathiam
vel suos officiales, non possint se reducere, nec debeant aliquomo-
do acceptari in suis dictis locis in dicto Lathiae et Lathia Agniti
terris, quae ipsum Ill.mum Do: se hincinde debeant bene remissio
realiter et sine fraude, et quod neutra partium in dictis locis
debeat aliquid innovare in preiudicium alterius, seu perditus sumen
ipsius antedicti dni Sindici, et Evocuati nomine supradicto promit-
tunt dicto dno Prothonot.o dictis nominibus recipienti, et ipsis laudi
dare et solvere ipsi Rmo D. Card. et Lathie pro omnibus suis locis
ipsius Ill.mo Do: et quia ipsi Ill.mo Do: remanent in admini-
stratione temporali singulis annis quinque millia ducatorum
Venet. ... et ... computando in illis predictos
introitus, redditus, proventus, et emolumenta, quae idem Rmus Dnus
Card.lis et Lathia annuatim recipiet ex dictis suis locis, quos qui-
dem quinque millia ducatorum anni solvantur in tribus ...
singulis quatuor mensibus tertia pars de redditibus ordinariis et
extraordinariis, et mixtis dictae Lathiae per officiales quoscumque
pred.ti Ill.mi Do: in pred.ta Lathia existentes absque alia
speciali licentia et mand.o suo. declarando tamen quod terminus
huiusmodi solutionis initium habeat ad Calendas Januarii prox. fut.
Promittunt etiam idem dni Sindici et Evocuati pred.ti nomine dicto D. Protho-
not.o nominibus quibus supra quod Ill.mum Do: tueatur, et defendat personam
ipsius Rmi D. Card.lis in ... Agniti et hic locum suum ... Civitatem
Agniti et Oppida S.ti Viti et S. Danielis per ipsum Rmum D. Card.lem, et
Lathiae possidentur, et ipsa etiam loca sibi Ill.mo Do: retenta contra
quoscumque inimicos et hostes ... et Scismaticos. Item convenerunt
... d. Evocuati et Sindici d.to nomine et pred.to D. Prothonot.o
nominibus quibus supra quod omnes aliae Civitates, et omnia alia oppida
castra et loca ipsius Lathiae, et Agniti Ecclesie, et per ipsum Dni
habita et possessa, et quae hodie per ipsum Ill.mum Dominium de-
tinentur, et seu possidentur cum eorum districtibus, territoriis

fructibus commoditatibus, prouentibus et generaliter omnium praedictorum collatione, iuribus et cum pertinentijs, et cum omnimoda, et plenaria iurisdictione, mero et mixto imperio in temporalibus et omnis superioritate et iure omnium praedictorum et generalis eorum collatio, et omnis administratio, et custodia detineantur et possideantur, et possint ex causa antedicta transactionis licite detinere et possidere per ipsum Illmum Do. Venetorum et fructus exinde suppeditari, ac etiam sint cum omni iuris plenitudine in dictis bonis dicte Ecclesie Aquileiensis competentibus libere et expedite sine aliqua contradictione, aut litis aut ipsorum bonorum aliqua diminutione omnibus melioribus via iure et forma quibus possunt, et libere per ipsum Dominium habeantur teneantur, et possideantur ac custodiantur ita quod ipse Rmus D. Card.lis et Patriarcha nec suo nec Aquileiensis Ecclesiae nomine possit se de praedictis locis iuribus, iurisdictionibus, et dominijs aliquo modo, ulla iure vel forma directe vel indirecte in temporalibus impedire vel intromittere, sed ut supra dictum est sint, et esse debeant dicti Illmi Do: omnibus meliori modo, via iure et forma, quibus possunt, et ex nunc dictis D[omi]nis Prothonot.s dictis nominibus praedicta omnia dicto Illmo Do:, seu Magnificis Dominis sindicis et Procuratoribus recipientibus nomine praedicto, relaxat, tribuit et concedit, et dictis nominibus promittit quod ipse Rmus D. Card.lis et Patriarcha, nec aliquis suo vel Ecclesie Aquileiensis nomine directe vel indirecte, vel aliquo quesito colore se de illis et in illis ullomodo impediet in temporalibus et quod se etiam de illis et in illis ullomodo quoad temporalia impedire non possit. Que quidem omnia et singula supra scripta solemni stipulatione promiserunt predicte partes dictis modis et nominibus sibi adinvicem singula singulis congrue referendo et nobis Notarijs infrascriptis, et publicis personis stipulantibus et recipientibus vice et nomine omnium et singulorum, quorum interest, vel interesse poterit, in futurum firma rata et grata perpetuo habere, et tenere, et inviolabiliter observare, et adimplere et nunquam contrafacere, dicere vel venire de iure vel de facto per se vel alium, seu alios directe vel indirecte tacite, vel expresse quovis modo causa vel ingenio nec aliquo quesito colore sub pena ducatorum quinque millium auri solemni stipulatione promissa, cum refectione

omnium

pena contrafacientis ducatorum 25 applicanda observanti.

omnium et singulorum damnorum expensarum et interesse litis, et extra in quam penam incidat quolibet qui contrafecerit et predicta integraliter non observaverit et ab ipsa contrafaciente exigi possit et debeat, applicari parti observanti, et ea pena quam esset contrafactum et pena soluta vel non predicta omnia et singula nihilominus firma perdurent et inviolabiliter observentur. Renunciantes partes predicte et quelibet earum in predictis omnibus et singulis exceptioni non sic vel aliter celebrati contractus, nec sic vel aliter factorum capitulorum et conventionum predictarum, exceptioni doli, mali, conditionis sine causa, privilegio vel ex iniusta causa in factum actioni, et executioni, indebite causa, privilegio fori, et omni et cuilibet alii iuri statuto et constitutionum auxilio eisdem quomodolibet competenti, vel competituro, et legi dicenti generalem renunciationem non valere sub hipotecha et obligatione omnium bonorum presentium et futurorum predictarum partium, et cuiuslibet earum

Iuramentum partium de observandis omnibus

iurantes partes predicte ad sacra dei evangelia manutactis scripturis in animas constituentium suorum omnia et singula suprascripta observare et adimplere, ac observari et adimpleri facere bona fide et sine fraude. Ad hec autem omnia et singula suprascripta Venerabiles Viri DD. Joannes de Zucco Vicedecanus Ecclesie Aquil. et Guarnerius de Artenea Canonicus eiusdem Ecclesie servatis . . . . . et celebratis aliquibus actibus et solemnitatibus sicut de iure requiritur, tamquam sindici et procuratores constituti a Capitulo dicte Ecclesie Aquil. prout de sindicatu ipsorum plene constat publico instrumento scripto manu Ser. Viri Dni. ... Cancelli Aquil. publici imperiali auctoritate Notarii sub millesimo indictione et aliis in ipso instrumento particulariter contentis a me notario infrascripto viso et lecto in presentiarum, ac vice et nomine ipsius Capituli Aquil. omni meliori modo, via, iure et forma quibus potuerunt et possunt tam de iure quam de consuetudine suprascriptis transactioni, concordio et compositioni pro maiori eorum robore, dum agerentur, consensum et authoritatem suam, et etiam dicti Capituli interposuerunt et de novo libere, sponte, et ex certa scientia, et solemniter interposuerunt cum omnibus ratificationibus, penis et renuntiationibus, et aliis suprascriptis, iurantes in animas suas et constituentium predictorum omnia et singula suprascripta observare et adimplere bona fide et sine fraude. Item promisit predictus D. Prothonotarius quod Ill.mus Rev.mus D. Cardinalis et statim predicta omnia et singula ratificabit et approbabit infra annum a se, uno

premissa ad suam notitiam pervenerint compotans quas potenus litteras, aut publicum instrumentum, aliosque quoscunque contractus nullius sit roboris vel momenti, voluerunt etiam, et mandaverunt, et rogaverunt partes predicte et quelibet earum de predictis omnibus et singulis quod me Letum Centio, et alios Notarios infrascriptos, et quemlibet nostrum debere conficere unum et plura publica instrumenta eiusdem substantie, et tenoris prout fuerit opportunum.

Actum Venetiis in domibus monasterii Ste. Marie Cruciferorum. Presentibus Rdo. in Xpo. Patre d. Martino Archiepiscopo Corcirensi ac Ven. et religiosis viris domino Petro Bolda Ste. Marie de Carceribus priore ordinis Camaldulensis, et fratre Jacobo de Pergamo priore domus S. Christophori de Muriano ordinis Heremitarum S. Augustini, et fratre Mauro monasterii S. Michaelis de Muriano dicti ordinis Camaldulensis, et fratre Luca de Pergamo dicti ordinis Heremitarum S. Augustini, ac d. Petro Baduario q. d. Hermolai, et d. Andrea d. Zanicellis de . . . . , et d. Sempronio Utr. Iur. Doctore, et d. Andrea Francisci de Ursinis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis

Ego Dominicus Bellino q. Jacobi de Venetiis publicus imperiali auctoritate notarius, et aule Venete, et Iudex ordinarius suprascriptum instrumentum ipsa infrascriptorum circumspectorum virorum domini David Jacobi de Taboldinis c. d. Petri Centio Illustrissimi Do. Venetiarum secretariorum ac domini Joannis Ubertini de Castro Durantis et domini Joannis Bellini prefatorum dd. Notariorum secretariorum de suprascripto instrumento rogatorum de actis eorundem ... manu propria et exemplavi, in cuius rei fidem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Ego David Jacobi de Taboldinis q. d. Antonii Civis Venetus publicus imperiali auctoritate Notarius, et ducalis aule Venete secretarius ac Iudex ordinarius, predictis omnibus et singulis una cum infrascriptis circumspectis viris domino Petro Centio similiter notario et illustrissimi Ducalis Do. Venetiarum secretario, et ipso domino Centio, et Ego et Joannes Ubertinus, et Joannes Bellinus infrascriptis notariis aliis suprascripto Dominico Bellino notario imposui traditionis, et commissionis in hanc publicam formam redigenda, et ad fidem omnium premissorum me subscripsi, meumque signum apposui consuetum.

Ego Joannes Ubertinus q. d. Bartholomei de Castro Durantis publicus Apostolica atque Imperiali auctoritate, Notarius ac Iudex ordinarius predictis omnibus et singulis una cum suprascriptis domino David de Taboldinis et infrascriptis domino Petro Centio q. d. Martini Civis Venetus, et domino Joanne Bellino predictis omnibus, et singulis presens fui, et ea rogatus scripsi, et publicavi, et ad fidem omnium premissorum me subscripsi, et signum meum apposui consuetum, et quia aliis occupatus eram, traditionis et commissionis suprascripto Dominico Bellino in hanc publicam formam redigenda fuit.

Et c.

Ego Petrus [illegible] filius [illegible] Civis Venetiarum publicus Imperiali auctoritate Notarius, et Illustrissimi in Christo [illegible] Ducis domini Venetiarum secretarius praedictis omnibus et singulis una cum suprascriptis, et infrascriptis Notariis praesens fui, eaque rogatus scripsi, et publicavi, et aliis occupatus tradidimus et commisimus suprascripto domino Bernardo in hanc publicam formam redigenda, et in fidem me subscripsi ac signum meum apposui consuetum.

Ego Joannes Bel[illegible] quondam [illegible] Laudensis Notariensis publicus Imperiali auctoritate Notarius, et Reverendissimi in Christo Patris Joannis de [illegible] Sedis Apostolicae Protonotarii Secretarius praedictis omnibus, et singulis praesens fui, eaque rogatus scripsi, et publicavi, et occupatus tradidimus, et commisimus suprascripto domino Bernardo in hanc publicam formam redigenda, et in fidem me subscripsi et signum meum apposui consuetum una cum suprascriptis. Haec tria verba scripsi manu propria quia deficiebant in 2da linea signata tali signo.

Nobiles de Zuampergo donant arma cuidam Tulano.

1407.
2 martij

In Christi Nomine Amen. Ad perpetuam memoriam. Ego Jacobus [illegible] quondam [illegible] et [illegible] militis [illegible], et Ego Antonius quondam [illegible] Mathiussi de Zuampergo pro nobis nostrisque Consortibus omnibus Consiliarii coram Reverendissimo in Christo Patre et domino nostro Antonio [illegible] [illegible] Sanctae Sedis Apostolicae [illegible] [illegible]. Attendentes, maturequae [illegible] vantes quod licet per se satis ipsa Virtus refulgeat, indecens tamen est, immo congruit humanis [illegible] praemoneri [illegible] ut mandata plus crescat, cedatque aliis ad exemplar iuxta illud [illegible] sic debere dignos praemiis praerogari, ut eam insignem alii [illegible] exinde, Unde virtutes, probitatem et famam tanti viri silentio praeterire nolentes notum fore volumus universis nostras praesentes Litteras inspecturis. Quod considerantes [illegible] talium probitatis virtutum exempla nobilissimi et [illegible] si Viri [illegible] quondam Venuti de [illegible] [illegible], et [illegible] singulos vitae suae, qui eximiis virtutibus nobilem se reddit, et insignem Amore et affectu singularis [illegible] ad nos et domus nostrae Consortes fervent[illegible] animo gessit, et [illegible] diligimus et [illegible] cum eodem fraternali Consortio stringi, et vinculo firmissimo alligari. Intendentes itaque ipsum [illegible], [illegible] suam, quam Virtutes eximiae probitatis exempla et [illegible] [illegible] Nobilem reddunt, merito Nobiliorem reddere, et quadam singulari perpetuitatis memoria decorare eundem [illegible], et heredes suos ex corpore suo legittime descendentes ut nostros, et domus nostrae Consortes recepimus et eisdem insignia seu arma nostra, et [illegible], ac [illegible] domus nostrae de Zuampergo de nostra et [illegible] Consortium nostrorum voluntate omni auctoritate largiri, qua possumus

penne presentium donamus, et presenti largimur sibi, suisque here-
dibus supradictis, [illegible] concedentes, quod in perpetuum
quibuscumque actibus, sive locis publice et privatim qualiter, et
quocumque libuerit huiusmodi insignia, sive arma nostra de-
ferre illisque uti libere et licite perpetuo valeant, atque possint
conditionibus non obstantibus quibuscumque. Hec percepisse animo
gratulante lectamur, sequentes illud facundissimi Ciceronis sic
providio et solerti, eminentia comprobatum virtutum vitae et
probitatis claritate, [illegible] iudicatum mature preponderaris
potentia [illegible] et [illegible] discrete fordinat peragenda
scelus idest sollicitus reputatur, nam commissa sibi singula [illegible]
expeditione procedunt. Quia ergo speramus indolis ipsum sem-
per ad statum nostrum et domus nostre de bono in melius progres-
sum declaravimus et volumus. Quod de cetero ad nos celerosque
consortes nos in singulis suis negotijs feliciter promovendis [illegible]
cum plena securitate recursum. In quorum testimonium et
plenam robur presentes per notarium infrascriptum scribi fecimus et
nostri sigillorum una cum subscriptione eiusdem Notarij appensione
muniri.

Datum et Actum Utini in Castro Patriarchali et sala magna ipsius
Castri die 12 martij Anno dni 1407 quintadecima Ind.

Presentibus R.mo in xpo [illegible] Feltre ac Nob. et egregijs viris dnis
Bartholomeo de S.to Daniele marescalco eiusdem dni Patriae
Christophoro de Cucanea Bartholomeo q. d. Oderici de
Spilimbergo, et Joanne Zecchi Not. de Portugruario testibus
ad premissa vocatis, et rogatis.

Ser.mus Dux Venet. ad R.mum in Xpo Patrem D. Ant.m Patriarcham Aquilejensem

R.mo in Xpo Patri Dno Antonio Dei gratia S.te sedis Aquilegensis Patriarche dignissimo
Michael Steno Dei gratia Dux Venetiarum salutem et sincere dilectio-
nis affectum. Satis liquere R.me Paternitati vestre credimus quanta
cum sinceritate, quantoque vere caritatis incendio decus libertatem
et bonum totius consilium Patrie fuerimus prosequuti, et [illegible]
tissimum quanta devotione et sinceritatis affectu ad R. Paternitatem
nostram affecti fuerimus et magis afficiamur in dies, nec minus
ad id enim nos perfecta dilectione insignis allicit vestra virtus,
que in vobis tanta videtur esse prestantie, haud aliter quam
nostri proprij celebrare. Hinc namque illud exoritur, quod si certe
:venimus

vemus quidque reperire, quod statui vestro ac illius Ecclesie aliquid obnoxium, et infestum videretur, aufferre non possemus, aliquid facere, qui acceimus condolere. Quidam, nunquid vere amicitie caritas sicut prosperis casibus gratulatur, sic tristatur adversis. audita igitur quedam novitas nuperrime resultata inter V. P. V. et spectabilem militem dominum Vincelaum de Spelinberge fidelem civem nostrum Venetiis, mentibus displicentiam attulit, et merorem, et quia ipse dominus Vinceslaus tanquam cordialissimus amator nostri dominii est nobis carissimus et dilectus, nam semper ipsum novimus honorem, et status consonaliter memorate Ecclesie incessanter querere, quietem appetere, et denique velut intentum eiusdem Ecclesie pugilem, optimumque defensorem ipsius libertatem, et salutem summopere tutari, et continuis custodire studiis est. quod probata virtus, et mensurata fides, ad bonum Ecclesie ipsius domini Vinceslai nos cum affectione frequenter Unum Trinitatem Deum deprecari, ut illum in sanitatem habeat commendatum et dilectum. Quapropter V. P. V. ab intimis deprecamur, quatenus attenta sinceritate fidei, et optima dispositione quam prefatus miles prima mente se habet, et habere intendit ad honorem, et statum dominationis vestre, ac etiam in nostram complacentiam singularem placeat omnem animi perturbationem si quam intraxisset contra ipsum dominum Vincelaum, et suos vestra benignitate deponere, et nullam sibi inferre aut inferri facere iniuriam, vel offensam, sed potius ipsum, et omnes suos serenamente ad gratiam vestram admittere, et ulnis vestre clementie solita affectione locare, ut ipse omni abiecta formidine valeat tute sub spe gratie et favoris vestri vivere sicut consuevit, quod profecto licet ad quietem et tranquillitatem cedet, tamen gratissimum vobis erit, nobisque ascribemus ad complacentiam grandem valde et si quid indignationis ex alicuius parte animos in aliquo dedignasset, continuum vestre sapientie, et obedientiam domini domini Vinceslai, et sociorum delinitur, et animi reddibuntur ad solitam caritatem.

Datum in nostro ducali palatio die primo mensis Julii indictione quintadecima. 1407.

Littere Parlamenti Ecclesie ad Reverendissimos dominos Cardinales
pro domino Patriarcha Aquilegiensi.

Reverendissimi in Christo Patres [illegible] mirabilis est hominum cecitas, et effrenis audacia qui non aperte conspiciunt quod ex iniuriis Legitimo proximis irritatur scandalum, fama diluitur, et furor divini numinis provocatur et sic infrenita presumptio proprie voluntatis excedit ordine liminis quod nec timens Deum, aut hominem reverens pro pena incompossibilis

tenere videtur, et impudentes; utrumq; initur ex...
quidem liberius in scribis, et illa publice suspendimus, et videmus
ac dum praecipue conturbas, et Lectum pervenisse divini Nu-
minis offenditur gloria et maligandi usq; ad perenditatem
Animarum et causarum indt. computatum, sane non medio-
criter mentem perturbavit nostram nuper veneranda relatio, quod R.mus
D. D. noster Papae Camerarius audens unimodis voluntatis illicite
nulla legittima monitione praeambula R.mum in Xpo Patrem, et D.
nostrum D. Antoninum Lathum Episcopum nunc amantissimum altrous
gine citari fecit ut infra XV dierum spacium coram comparuerit
servitium, et causam, quare pronas ... eum pronunciari
non debeat, allegaret, quod est a sacro mandatum, nec ut
credere possumus solia de voluntate Jesu Christi Vicarii modo
aliquo processisse, Absit quod a Clementissimo Patre qui Dei maies-
tatem repraesentat in terris procedat sententia tam horrenda
dolemus, et ultra quam dici queat cordis ex intimis perturbamur
.. epilogante quod tam ... orationes solemnes, quam efficacissimas
Litteras nostras tenebamus clarius continuum, et suppliciter, tantoque
dolore medullitus angimur quanto ... huius pacifice Rep.
felissime suggestiones maioris efficaciae esse videntur in conspectu
sedis Aplicae, quam executiones necessariae ... dictas nostras Orationes
et Litteras nostras, non semel, sed pluries per nos factae. Quis
enim non doleat in tantam inquieam nequitiam praevalere
ut reminiscentibus ignicatis discordiam concitent et ...
Libertatem, et pacis bonum connentes magno periculo perturbare
et Quis est omnium hominum animi tam serialis qui pro
conservatione pacifici status huius, ac propriae libertatis non
deberet vitam ponere, et omnibus se etiam capitalibus periculis
obiectare uti sanctiss.o Dno nro praefato denotamus luculentius
scriptis nostris. Quapropter R.mas D. V., quas ad conservationem
pacifici status patriae memoratae, et nostrae reipublicae propriae libertatis
ad promotionem statum, et augmentum ... pietate praeditas
et benignitate innata ferventissimas reputamus cum plenitudine
confidentia supplicamus, quatenus pedes S. D. N. ... instare
quaemini, quod huiusmodi terribilis, et horrenda sententia re-
vocetur, et ad impossibilia de cetero non gravemur, summoque
in ulnis suae clementiae Dnum nrum Patrum Ecclesiam suam
post Romanam secundum sedem, et hanc Civitatem fidelissimam
Apostolicae sedis benigne et gratiosissime recommissas expressi-
qui.

quidem conclusimus, devenimus, mente concepimus, et indisso-
lubilibus promissionibus vetardavimus non permittere nec modo ali-
quo consentire quod Dominus ipse noster pro communi servitio
tum quia ultra debitum persolvit, et per consequens non tenetur
tum etiam quia impotens est, et ipsius impotentia nobis nota, et si
de Ecclesiae dotibus aliquid recepit pro huius Patriae defensione
et necessitate ac castrorum reparatione, ut debet et tenetur
reservet, aliquid persolvat in posterum ullo modo, et sicut
saepius S. suae et Vrae R. P. scripsimus, et diximus verbo feci-
mus illum, et non alium donec in humanis vitam duxerit
in Pastorem Patriarcham et Regulem habere intendimus, et
utrumque noverca fortuna se volvat totis conatibus conserva-
re pro conservationeque sui status et honoris velle nostrum
exponere sanguinem et opes, et ut Clementiae suae ocu-
los ad ipsius conservationem convertat, efficaces dignemini in-
terponere partes vestras. Hanc suam Patriam in hoc reddendo
multipliciter consolatam, ut eveniet iuxta Salamonis sententiam
gemitu post factum, et pax hucusque turbata quiescat, ignisque
accensus calefactus iam partes velinquens quam provissime, neque
alios non consummat. R.mam P. V. conservet Altissimus per tem-
pora longiora.

B.mae P. V. Humiles servitores
Et Consilium totius Patriae Foriiulii

Litterae Parlamenti Patriae ad Sanctissimum Papam

Sanctissime Pater, inflamatur cor nostrum, et exsiccatur eloquium incendio.
Animus et lingua balbutit, dum cum mitissimo dolore replicare
cogimur quod omnia quod solennissimos oratores nostros, et efficacissimas
Litteras debitum sepultum et obolitum procuravisse tenebamus
praecepto R.mum in Christo Patrem et D. D. S. V. Camerarium relatif-
cerit reddimus huius anni quindecim, et pravis suggestionibus infor-
matum qui Domino non simplices sed iniquitatibus suis implen-
tes falsa pro veris paliatione inscrutabili persuadent
contra hunc S. V. Filium R.m in Christo Patrem, et Dominum
D. Antonium Patriarcham Pastorem ac Regulem nostrum ama-
tissimum, citationem atrocissimam firmavisse, et ut credimus
praeter scitum S. eiusdem et ipsius omnimodam voluntatem
eidem Domino nostro quadraginta dierum ad solvendum …

ad cuius solutionem attenta summa Sedi Apostolicae hactenus persoluta
minime tenetur omnino sit impotens, et ad dicendam causam
quare privatus pronunciari non debeat assignando monitione
etiam legittima minime praecedente, quae omnibus sensibus sententia
et iniusta narratio procedit quoniam huius pacificae Patriae seru
fidelissimae Apostolicae Sedi [illegible] falsae praevaleant, qui ipsa
cupiditate eiusdem Patriae statui insidientes totis desideriis illam
conantur infringere, et zizaniae solium seminare [illegible], excusatio-
nes nostrae verissimae tam oratoribus quam scripturis nostris lu-
centius quam nos facte in conspectu Apostolicae Sedis. Quam autem
et istis proveniat omnibus apertius clare liquet, oriuntur
quidem scandala, rancores, et odia seminantur, bella
proveniunt, et dum contentiones, et licentia in transgressione
Legis, incurrimus unitatem destructio pervenit et in anima-
rum, et corporum pericula pertransitur. Nam quis est
omnium hominum animis tam semotus qui pro conservatione
status simul condoleret vitam ponere, et omnibus se etiam
capitalibus periculis obiectare? Quis enim non doleat impiorum
nequitiam praevalere, et tantum ut quasi renascentibus igni-
culis discordiam concitent, et huius Patriae unitatem, et pacis
bonum magno periculo perturbant. Quapropter Clementiae
vestrae humilime, et devotissime supplicamus quatenus Sanctitas
D. vestra praefatum humilimum E. S. V. filium in ulnis Sancti-
suae dignetur suscipere, recommissum illum a processibus huius-
modi gratiosissime liberando mandandoque R. domino Camerario
[illegible] talibus quod de caetero ad impossibilia non gravetur
et tam atrocissimam, et horrendam citationem debeat revo-
care eidem S. enim notabilissimam, et antiquam secundam
post Romanam Sedem Apostolicam Ecclesiam cuius dotes, et iura
in Patriae defensionem, et castrorum infirmitatem decrevimus et
intendimus conservari, hancque quietam Patriam spretis om-
nino laboriosum mercibus promineamus: totis desideriis commen-
damus, expressissime concludentes decrevisse, et in nostris
cordibus concepisse, et indissolubilibus provisionibus validasse non
permittere, nec aliquo modo consentire, quod dominus ipse noster
pro communi servitio, tum quia ultra debitum persoluit, et
quo consequens non tenetur, tum etiam quia est impotens, et
ipsius impotentia nobis nota, et si de Ecclesiae dotibus aliquid
recipit, quod pro huius Patriae necessitatibus, et defensione et
custodiamus;

corporum reformatione ut debet, et tenetur, et quod aliquid
in posterum excludat ullo modo et prout saepius scripsimus, et dixi
fecimus ... illum, et non alium donec vitam in humanis
duxerit in lotum Pastorem et Regulatorem intendimus utcumque
fortuna se volvat, totis viribus conservare, et pro ea terrena
sine sui status ruinis, et humanis posse nostrum exponere
sanguinem et personam. Vestrae igitur clementiae oculos con-
vertentes ad ipsius conservationem, et statum dignemini
aspirare in hocque hanc nostram Patriam reddere conso-
latam ut evitetur iuxta Salomonis sententiam penitudo
post factum, et pax huiusque turbata quiescat infla-
mataque partes iam calefactus ... non consum-
mant, ... sanam conservent. Altissimus Ecclesiae suae
sanctae ...

S. V. Humillimi servuli Generale
Parlamentum totius Patriae Foriiulii.

Litterae directae D. Patriae Agrippi et Ill. filios D. Ducis
Mediolani condolendo de morte Patris.

R.^de ... et amice carissime. Lugubrem casum dolendae mortis ... Ill.mi Prin-
cipis et Ex.^mi Dni Genitoris nri cum maxima cordis amaritudine
dominationi vestrae notificare cogimur. Dum nr. Febris eum inva-
sissent, ac intervectis spatiis aliqua remitterentur, interdumque
ferent fortiores, tandem pluribus ipsarum secutis accessibus ad
extremum deductus fuit uno excepto quod prestantissimus eius
honoratissi Principis intellectus usque ad ultimum finem semper
remansit incolumis. Receptis namque eum devotissime
omnibus sacramentis Ecclesiae proximis his diebus, heu proh
dolor quam amaris singultibus nunciamus spiritum reddidit Cre-
atori, non enim hoc inspectum, et acerbissimum nuntius ex-
pectabat filiatio nostra, nec eius aetas, quae adhuc recens et
validissima erat, nec vitae moderatio qui semper in
eo modestissimus fuit hunc intempestivum exitum inducere
valuissent, vixit equidem semper recolendae memoriae
Princeps magna Dei reverentia, et tenevatione sufficiens
vitae adeo moderatus, et continens, ut vix exemplar
excogitari potuisset tam devotum, et sobrie vitae Princi-
pem, non nisi in extremis communis vitae terminis seculum
hoc relinquere valuisse, verum Presidens cunctis omnigenis

cogitationes humanas vertit ad libitum, et adversa prosperis co-
miscendo nobis fragilitatem nostram ostendit ut modeste
secundis fruamur, et nos adversa non deprimant. Reliquit
nobis Excell.mus Princeps ipse ut mundo notum est tot magn.
Urbes tot terras, et oppida, potentiam, divitias, Amicorum
civium et subditorum benevolentiam, et amorem, qui eius obi-
tus dolentissimi irrecuperabilem esse videntes commen-
danda radicitus fixerunt in nobis. Reliquit quoque mag.corum
et spectabilium probatissimorumque virorum nobis copiam, quos virtus
et militaris disciplina et exercitium longum, ac omnis in
dubiis rebus securitas fecit audaces, nec minus honorabili-
-um gravium virorum comitivam, quos in scientiis literis
et in agilibus mundi prudentissimos, et sagaces longa experi-
-entia comprobatissimos fecit. Itaque dei gratia veraciter
dicere possumus hunc nostrum statum, qualecumque ex parte omni
roboris firmitate vallatum, sed quod hæc ad solamen no-
-strum, et quod tam prudentissimo et dulcissimo Genitore nostro
orbati maneamus, non est nobis paternæ locus remanentiæ,
quanta nos semper teneritate dilexit, siquidem nobis ægro-
tandum erat et ipse animo affligebatur, et numquam sibi
quies, donec Deus nos in pristinam sanitatem reduxisset.
Numquam Pater ampliorem caritatem, dulcedinem et amorem
ostendit in filios. Tamen recordatio, et filiale zelum acer-
rimis aculeis præcordia nostra compungunt, ut vix unquam
nostris querellis, et veris cius tandem finis esset. Memo-
rantes olim Red.mum Dominum Genitorem nostrum vos in
Spiritualem Patrem, et amicum tenuisse, et reputasse nos
eiusdem amicitiam vestigia quantum nobis possibile fue-
rit imitari cupientes, de hoc nostro adverso casu vobiscum
amicabiliter duximus condolendum, intendentes vos in
Oh qui sì veramente, poichè fuor di dubbio si disputa di materia, qui sì che è dove sulle tracce di Mosco, Leucio, Democrito, ed Epicuro col gregge loro spacciano essi francamente l'accarezzata dottrina degli atomi! Diviso, secondo la loro opinione, l'universo tra i corpi e il vòto, immaginarono gli atomi, vale a dire una quantità innumerabile di corpicelli indivisibili, lisci, rozzi, rotondi, angolati, curvi, uncinati, ed a loro assegnando un moto naturale dall'alto al basso, ed un altro di declinazione, affinchè toccarsi potessero ed attaccarsi, preteser che in forza del loro peso per gli spazj infiniti del vacuo da tutta l'eternità si movessero, e che senza niuna causa efficiente dal fortuito loro concorso, e dall'accozzamento accidentalmente prodotto dai loro volteggiamenti ne uscisse il mondo. Strano sistema, e ridevole per

verità! Ne meno assurdo vi parrà certamente quel di Zenone, e degli Stoici. Suppongon essi la coeterna esistenza della parte intelligente, e della parte materiale della natura; ed insegnano, che il foco etereo, che n'è la parte intelligente, e ch'esser vedemmo il lor Dio, e che in questo luogo essi chiamano un foco artefice, penetrando la materia, e animandola, prodotte abbia le cose tutte, ed il mondo formato sì appariscente, e sì vario, ed armonico, quale il veggiamo. Ciò che abbiamo di più sensato negli Etnici intorno alla formazione del mondo è il sistema bellissimo di Platone. La sua distinzion de' due mondi, l'uno intellettuale, l'altro visibile, il primo archetipo, ed esemplar del secondo, nella mente divina esistente del sapientissimo opifice da tutta l'eternità; il secondo formato nel tempo ad imitazione del primo; la suprema intelligenza, che considerando l'opera sua, e trovandola al suo originale perfettamente conforme, se ne compiace, dottrine sono, come vedete, molto propinque alla verità. Parrebbe quasi, che qualche idea di Rivelazione nella sua mente fosse discesa, s'egli per non cadesse nell'error sommo della materia preesistente, ed all'opifice eterno coeterna, e nell'altro di aver lasciata la produzione degli animali non solo, ma ancor degli

uomini alle minori e subalterne divinità. Ma come mai dispiegar potean essi perfettamente la prima origine di questo globo, che ne sostiene, di questo cielo, che ne circonda, i gentili sapienti, per quanto ingegnosi essi fossero, se l'operazione magnifica e veracemente divina di trar dal nulla, vale a dire la creazione ignoravano? Ciò era riservato ai Filosofi dalla Rivelazion rischiarati, e fra gli altri a Tommaso. Quantunque egli pregiasse molto Aristotile, e di lui fosse in tutto ciò, che dalla Religione non discordava, spesso seguace; avendo questo Filosofo ammessa, comechè dubitativamente, e in via di problema, l'eternità del mondo, perciò Tommaso un dottissimo, ed ingegnosissimo Opuscolo impiega tutto a provare, non già che il mondo potesse essere eterno per se medesimo, ma che ben Dio creare il mondo ab eterno potuto avrebbe; e che ciò non era alla natura divina in conto alcun ripugnante. Del resto, persuaso com'era della creazione nel tempo nelle quistioni 44, e 45., e nelle susseguenti della Somma teologica, e nel libro secondo Contro i Gentili, e nella terza e quarta delle Quistion disputate, svolge ampiamente questo argomento, e congiunge mirabilmente in tal trattazione e gli oracoli delle divine Scritture, e i filosofici lumi, e il natural raziocinio.

ad evidenza ei dimostra con argomenti invincibili, che Dio è la prima causa efficiente; che Dio per devenire alla creazione non avea d'uopo di preesistente materia, ma ch'essa pur dal nulla fu tratta; che è necessario che ogni essere sia creato da Dio; e che Dio solo è l'eterno esemplare, e la causa produttrice e finale di tutti gli esseri. Dispiegando poi come la creazione un'opera sia al solo Dio competente, ed il modo, il tempo, gli aggiunti, le appartenenze della medesima disegnando, viene a formare dell'origin del mondo un sistema intero, connesso, e perfetto, a cui può, senza tema d'inciampare in errori, ciascuno, che il vero prezzi, attenersi. Paragonatelo voi, Ascoltatori colle enunciate sentenze de' Filosofi antichi, che a favellare io m'affretto del Sommo Bene.

Non può negarsi, che i più accreditati Filosofi non si sien sommamente nell'Etica segnalati; ma siccome essi ignoravano la vera luce, e conoscevano i rami della morale, ma non lo stelo; così ai più lodevoli loro precetti mescolati son sempre de' falsi dogmi, e degli errori massicci, come nella controversia può scorgersi del Sommo Bene, tanto agitata, e famosa. L'opinion d'Epicuro seguita, ma prima da Aristippo insegnata, e da' Cirenaici, è molto, a mio credere, contraddittoria; poichè quel Filosofo

carezzevole, il Sommo Bene senza eccezione nel piacer collocando, e dichiarandosi espressamente, che del piacer corporale egli intende di favellare, spaccia poi molte massime pregevolissime di onestà e di virtù; quasi che all'uso smodato delle corporee dilettazioni della vera onestà, e della vera virtù l'esercizio possa accoppiarsi. Zenone e gli Stoici, seguitando l'opinione d'Antistene, capo de' Cinici, e riponendo nella sola virtù il Sommo Bene, e sostenendo che il virtuoso nel toro ancor di Falaride saria felice, per intollerabil superbia di non sentire s'infingono le proprie jatture, dispensando in tal guisa gli uomini dalla compassion delle altrui; e così prendono il mezzo pel fine, ed il cammin per la meta. Platone, sempre sublime, nella contemplazione dell'idea astratta del bello e del buono fa il Sommo Bene consistere; ed Aristotile, nella soluzion della disputa più avveduto degli altri, colloca il Sommo Bene nel maggior cumulo di tutti i beni, che alla natura convengono; e, dispiegando questa natura come un composto di corpo, e di spirito, non esclude que' beni, che di natura appunto, e di fortuna si dicono; concedendo però sempre il primato all'onesto vivere, e alla virtù. San Tommaso nella prima questione della parte seconda della Somma Teologica, e nelle seguenti, di tal soggetto copiosamente trattando, illuminato com'era da un raggio di luce superiore, e del vero tronco della mora=

le conoscitor perfettissimo, l'albagia Stoica, e la mollezza Epicurea rigettando, le sentenze rettifica d'Aristotile, e di Platone. Imperciocchè dimostrando che il Sommo Bene in nissuna cosa creata può rinvenirsi, ma che in Dio solo è locato, egli insegna all'uomo, migliorando la sentenza del primo, che il Sommo Bene possibile, che da lui in questa vita conseguire si possa, ciò appunto si è nel costumatamente vivere, di que' beni, che Dio gli dona, con moderazione godendo, con tollerante rassegnazione sofferendo i mali, e in quelle virtù esercitandosi, che a Dio lo adducano: e l'opinion del secondo purificando, all'uomo pure insegna che il Sommo Bene perfetto gli è riserbato alla vita futura nella beatifica del vero bello, e del vero buono, che è Dio, interminabile contemplazione.

Dopo questo confronto di quattro punti de' più in ogni età disputati, di Metafisica il primo e il secondo, il terzo di Fisica, e l'ultimo di Morale, che posso aggiungere? Parmi, s'io non erro, Ascoltanti, mostrato bastevolmente quanto sia preferibile alla sapienza, dalla sola ragion naturale suffolta, degli antichi Filosofi questa del nostro Dottore Angelico somma sapienza, e filosofia veramente divina, guidata dalla Rivelazione. Ed oh pur fosse filosofia così solida, così sana, così giovevole, fosse pur anco

delle scuole d'Europa dominatrice, e ancora, ad utile risveglia=mento della virtù anneghittita, ligj ad essa pur fossero tutti gli ingegni! E strappando gli uomini dalle ombrate pupil=le la negra benda, che intorno le avvolsero l'error, la licenza, l'orgoglio, oh comprendessero quanto Tommaso d'Aquino, se maggior fu sapiente de' filosofi antichi, fu ancora de' moderni sapienti miglior filosofo! Di che mi resta da ulti=mo a ragionare.

III. Si è introdotta nel cadente secolo decimo ottavo una certa commoda filosofia, allentatrice d'ogni freno alle riottose passioni, fomentatrice de' più disordinati appe=titi, lusingatrice dello sregolato amor proprio, ed'ogni diritto divino ed umano, naturale e civile sovvertitrice: filosofia detestabile, che attacca di fronte le verità più ve=tuste e più sacrosante; che l'uomo degrada, e il rende poco da bruti dissomiglievole; che inculca l'ateismo, il deismo, il fatalismo, il materialismo, e tutti i più assurdi e più velenosi sistemi, o almeno almeno nelle più chiare e conosciute cose lo scetticismo il più fluttuante; e che spira in ogni suo scritto irreligion, miscredenza, bestem=mia, libertinaggio. Figlia della corruzione del cuore, essa poscia madre diviene de' pervertimenti dello intelletto; e non già nelle dure palestre, o ne' licei pensosi, ma nelle

stanze dorate, ne' soffici letti, e ne' voluttuari giardini s'annida e cresce; e non dalla lunga meditazione, dallo studio indefesso, o dalle sudate carte, ma da' bicchieri, dalle vivande, e dal sollazzar compagnevole nutricata, lussureggia ed imbizzarrisce; e sono i suoi distintivi caratteri la mordace satira, la sfacciataggine temeraria, l'inverecondia impudenza, e la perpetua contraddizione. I settatori di lei, come quelli, che brutti d'ogni vizio, e d'ogni turpitudine lordi, lo sconcio sono e la peste dell'età nostra, uniformarnon sapendo alle verità rivelate i malvagi loro costumi, d'impugnarle si sforzano, di dissiparle, di struggerle; o per lo meno s'argomentano a tutta possa di persuader se medesimi, e gli altri, che non esistano; e nelle travolte lor fantasie la Rivelazione è una favola, una impostura la Fede, ipocriti i Sacerdoti, i Credenti fanatici, Dio una chimera. E que' clamori medesimi, che contro il cielo sollevano, non lascian essi alla terra di volgere per modo tale, che nel disennato loro linguaggio ogni Governo legittimo è una tirannide, ogni Diritto più sacro un' usurpazione, distinzioni barbare le Gerarchie necessarie, e alla natura contrarj i vincoli tutti di società. Ahi che pur troppo si abbominevole moderno filosofismo, dove fatalmente

prevalse, ci presenta una scena sì luttuosa, che più presto c' invita a piangerne, che a favellarne! Nè vi crediate, Ascoltanti, che sien costoro di sapere vastissimo provveduti, nè inventori di novelli sistemi, poichè alla per fine non altro fanno, che suscitar dalle putride loro ceneri i delirj già rancidi de' Gentili filosofanti, e degli increduli antichi, e promulgarli co' medesimi equivochi miserabili, e cogli stessi puerili sofismi, già tante volte venuti a mercato, ed altrettante dalla vittrice sapienza de' Dottori, e de' Padri confutati e convinti. Nuova soltanto è la folle arditezza, con cui gli spacciano, nuovo l'incantator lenocinio delle espressioni, nuova la maniera ingannevole, onde adescan gli indotti e gli incauti, e traggonsi dietro l'innumerevole turba de' viziosi, e de' libertini, i quali non per altro si fanno loro seguaci, che per achetar, se il potessero, gli importuni latrati del sempre vigile rimordimento. Nè certamente fuorchè di gente o debole, o inavveduta, o ignorante, o malvagia pon far proseliti; nè d' imporner agli uomini, di retto cuore e di fior di senno forniti, sono capaci: imperciocchè essi non piantan principj, non deducono conseguenze, non procedon con metodo, non ragionano; e soltanto dell'arma si servono del ridicolo, e stoltamente co' sarcasmi motteggiano ciò, che conquider

non possono cogli argomenti. Senza usar la ragione tutto al sindacato della medesima chiamar pretendono, quando dovrebbon men ch'altri in essa affidarsi; avvegnachè, l'anima materiale ammettendo, la ragion rendono una modificazione della materia; presso di loro la virtù ed il vizio, il bene ed il male, il giusto e l'ingiusto non hanno esistenza; l'uomo è una machina, l'anima un sogno, un ritrovato il costume; si contraddicon sempre tra loro, si contraddicon sovente con se medesimi, e mille spargono ciancia frusole, e mille errori, mille scelleratezze, mille empietà, non già con opere ragionate e discusse, ma con libricciuoli meschini, lettere, saggi, trattatelli, pensieri, esami, novelle, dizionarj, trattenimenti: inondazione abborrevole, onde adombrata è l'Europa, e funestissima fonte delle odierne calamità.

A questa non ingrandita, nè esagerata pittura della Filosofia moderna, e de' suoi seguaci, v'accorgete, Ascoltatori umanissimi, non essere abbisognante di prove la mia terza proposizione, vale a dir, che Tommaso d'Aquino fu de' moderni sapienti miglior Filosofo. Se non che mi sia lecito di qui farvi una debita distinzione, poichè io non deggio confondere con la turba spregevole testè descritta tanti veri moderni Filosofi, massime nelle scienze naturali e nelle fisiche facoltà eccellentissimi, i Galilei, i Tor-

ricelli, i Borelli, i Boyli, i Neutoni, i Leibnizj, e tanti al=tri, o passati, o viventi preclarissimi autori di scoperte bellissime ed utilissime, ed ignote all'antica Filosofia, e conseguentemente a Tommaso, il quale non fece degli studj fisici la precipua sua occupazione. Per il che quand'io dico che fu Tommaso de moderni miglior Filosofo, inferir già non voglio ch'egli nelle naturali discipline gli supe=rasse: lo che far non potea nel suo secolo; quantunque, a dir vero, se fu Tommaso nel pien delle fisiche cognizioni illuminato men de' recenti, fu pur anco lontano da tan=ti strani vaneggiamenti di alcuni autori così imbrat=tati dell'odierno filosofismo, che nella scienza per natu=rale la trasportarono. Non avrebbe immaginato egli mai l'incontro della Cometa col Sole, nè che il mondo si andasse a poco a poco agghiacciando, finchè abbia poi per difetto di calor vitale a perire, e per universale con=gelazione, come Buffon: non, che dall'acqua e dall'umi=do ogni cosa fosse prodotta, e che l'uomo medesimo nella sua origine fosse pesce, e che il globo gradatamente va=dasi diseccando, finchè, divenuto qual pomice, terminar debba per general combustione, come Maillet: non, che da un atomo solo, che abbia figliato, sien nate le masse enormi, che compongono l'universo, come Robinet: non

il parto stranissimo della terra di La-Mettrie: non il gitto de' dadi, e le molecule di Diderot: non tanti altri fatui sistemi, onde incomincia la Fisica a soffrire il destino delle altre scienze, ben più importanti all'uomo per la sua presente, e futura felicità.

Ma a queste scienze segnatamente, a queste facoltà nobilissime, alla Dialettica, alla Erudizione, alla Metafisica, alla Morale, nelle quali Tommaso fu prestantissimo, io rivolgo nel termine l'Orazion mia; e a queste generalmente la mia proposizione estendendo, non solo sostengo che fu Tommaso miglior Filosofo de' moderni, ma che sarebbe un disdoro per l'Angelico nostro Dottore alcuno di questi falsi sapienti paragonargli. Tommaso, gran Logico in tutte le opere sue, definisce, divide, ordina, e con metodo ed economia di principio in principio procede, e di verità in verità, e tutto prova quanto asserisce, ed argomenta sempre, e ragiona: i moderni senz'ordine e senza metodo, ed appoggiati soltanto a qualche circolo vizioso, tutto asseriscono, e nulla provano, ed all'argomentazione ed al raziocinio gli scherni surrogano, e i beffeggiamenti. Tommaso, profondo Erudito, spiega la pompa delle vaste sue cognizioni sacre e profane, sempre fondate sulle autorità più infallibili,

negli scrittori più accreditati, nei documenti più irrefragabili: i moderni travisan la storia, confondon l'epoche, adulterano i testi, e, mutilando gli autori, acconciano i fatti ai lor pensamenti. Tommaso, sottil Metafisico, si solleva alle idee più sublimi e più astratte, e ingegnosamente le penetra, e le conosce: nelle loro speculazioni i moderni negando gli enti incorporei, ed ogni sostanza spirituale, non fan che distruggere la Metafisica. Sanissimo Moralista, Tommaso, dà li più giusti precetti nei doveri della vita naturale, e socievole; e tutte dirige mirabilmente le operazioni degli uomini: non ammettendo li moderni nè virtù, nè vizio, nè rettitudine, nè ingiustizia, nè libero arbitrio, nè discernimento, nè anima, nè azioni umane, se non meccaniche, la loro morale è il non averne nessuna. Oh mio divino incomparabil Tommaso! Deh chi sarà così audace di condur teco in lizza qualche moderno Filosofo, e quale di questo gregge oserassi paragonarti? Forse l'Ateo canino vecchio di Mamelsburi, o il Batavo Panteista, disertor della Sinagoga, ed obbrobrio del Cristianesimo, ambi della perfida setta degli odierni libertini antesignani e maestri! Forse il Pirronista di Roterdam, della probità naturale da ogni religione disgiunta difenditore, e di tutti gli

increduli apologista? Forse il Ginevrino Deista col fascino dell'eloquenza, della brutale ignoranza e della turpitudine proteggitore, nel tempo stesso lodatore, e detrattor del Vangelo, e della tesi insciocevole sostenitore, che lo stato connaturale dell'uomo sia la ferina selvatichezza? Lo scrittor forse del libro appellato Dello Spirito, e che più giustamente doveva intitolarsi Della Materia, in cui si pone per base fondamentale, non in altro differir l'uomo dal bruto, se non se nelle mani di pieghevoli dita composte, in luogo delle zampe d'unghie armate, e d'artigli? il duce forse della legion libertina, dico il Proteo di Ferney, pieno di bellezze poetiche, e di filosofiche deformità, or religioso ora incredulo, ora audace ed or timido, or tollerante ed umano, or impaziente e calunniatore, or fautor delle leggi ed adulatore de' principi, or partigiano della licenza, e che sempre nella storia infedele, ne' romanzi lascivo, nelle dispputazioni superficiale, ricuopre i precipizj di fiori, e contro il Santuario levandosi, non lo impugna mai ragionando, ma scherzando sempre il dileggia? Forse lo snaturato autor del Sistema della natura? Forse il travisato Persiano? Forse l'insensato scrittor cortigiano della Filosofia del buon senso? Forse.... Oh divino incomparabil Tommaso! Tu dal tuo seggio di luce eter=

na a questa misera terra girando il guardo, di questi abi=
tanti della nuova Babelle, di questi redivivi Nembrotti pla=
cidamente sorridi. Tu prevedesti cinque secoli addietro gli
errori loro, anzi noti ti furono, perchè errori antichi, da lor
soltanto di recente vernice imbellettati, e cinque secoli
addietro gli colpeggiasti, gli distruggesti, gli incaneristi.
In moltiplici luoghi della tua Somma Teologica, e nella
tua questione de malo trovansi le risposte più vittoriose
alle obbiezioni di Collins, di Spinosa, di Obbes sulla libertà
dell'arbitrio. Nella terza delle tue disputate Questioni le
sentenze di Bayle e de' suoi seguaci sulla creazione e for=
mazione degli esseri mirabilmente son confutate. Le tra=
volte opinioni di Rousseau, di Elvezio, e dell'autore del
sistema sociale sulle leggi naturale ed eterna si veggono
invittamente convinte nella nonagesima prima questio=
ne della parte seconda della tua Somma, e nel tuo libro
terzo Contro i Gentili: e nel libro secondo dell'Opera stessa
le cavillazioni di Locke, e di Voltaire contro l'anima
spirituale, e le aperte fallacie sulla esistenza di Dio,
onde imbrattò Montesquieu le Persiane sue lettere, si
ribattono e si conquidono onninamente. Ma qual v'
ha errore più mostruoso ne' moderni Filosofi, che smas=
cherar non si possa, ed abbattere, i passi soltanto allegan=
do luculentissimi delle tue Opere? Ah cessi, cessi il para=

gon dispiacevole, e torci il guardo, o Tommaso, da questi mostri vomitati dal cieco abisso, e a' lor delirj effrenati, e dalle fitte lor tenebre gli abbandona.

Dal cielo in vece, dove contempli svelatamente quel supremo Essere, che, sendo ancor nel esiglio di questa vita sfuggevole, più di tutti i mortali tu giugnesti a conoscere, e dove cógli nella di lui vision beatifica il degno frutto de' sacri tuoi studj, e dell' ingegno bene impiegato, clementemente rimira questo Tempio vetusto di esultazione vestito, in cui fra gli Arabi roteanti fumi, e le armonie festeggianti il tuo gran nome si celebra: questa rimira insolitata frequenza di tutti gli ordini, che ti adora e ti cole, e sovra tutto questa fiorente Accademia, che con saggio consiglio Te suo possente volle trascegliere protteggitore, e che non meno i moti del cuore, che le produzioni dell' intelletto t'offre e consacra. Ah un raggio, un raggio su noi diffuso della tua divina impareggiabil sapienza, che la barbarie superò del tuo secolo, che la gloria eclissò degli antichi Filosofi, ci sia saldissimo ed invincibile contro le insidie e i prestigj de' moderni pseudosapienti schermo e riparo. Ho detto.

il Fine

Prefazione

I cortese gradimento con cui [illegible]
[illegible] il libretto che [illegible]

Tradotte dal Greco nell' idioma Toscano
da
Angiol Maria Ricci
Lettore di lettere Greche
Nello studio Fiorentino.

S. Andreae Cretensis
in natalem Dei ac SS. Domini nostri. Oratio. (traduzione di Angelo Maria Ricci

In Firenze MDCCXXXII.
Nella Stamperia di Bernardo Paperini

Dono del conte [illegible]
22/3 1877

Prefazione.

Il cortese gradimento, con cui accoglieste o benigno lettore il libretto, che vi presentai l'anno trascorso Intitolato Trè fondamenti di vera sapienza mi hà fatto cuore a presentarvi eziandio le altre dodici Omelie scelte di S. Basilio, ~~Mag~~ di cui vi ragionai nella prefazion del medesimo. Avrei voluto, per vero dire, presentarvele insieme col testo Greco posto dicontro alla mia versione, siccome alcuni amici miei letterati esortato m'avevano, ma due motivi mi han fatto determinare poi a tralasciarlo. il primo è che il libro sarebbe cresciuto notabilmente di spesa; l'altro, che scarso essendo il numero de' periti della Greca favella; i più l'avrebbero riguardato come cosa inutile, nè avrebbonlo gran fatto apprezzato. Del rimanente quanto a me avrei estremamente goduto d'apporvelo affinchè gl'intelligenti potessero esaminare, e con mano toccare qual sia stata la mia fatica in questa versione: mentre, conforme alla regola da me solita praticarsi nel tradurre dalle lingue estere ma specialmente dalla Greca mi sono ingegnato di non fare ingiuria al testo alterandolo, e oltre il dovere parafrasandolo ed insieme di scansare l'altra maniera troppo servile e disagradevole di tradurre affatto verbalmente la qual maniera per una parte non incontra il genio di chi legge e per l'altra i grandissimi scrittori della lingua Greca

discredita

discredita. Laonde colla maggior proprietà, ed eleganza, che m'è stato permesso fino a quel segno cioè che si potea senza offendere la lealtà di traduttore, ho nel Toscano idioma questa version lavorata.

Avviso.

La seguente prefazione dovrebbe esser stata messa dopo la Cifra dell' ~~oltre~~ Numero 5. ~~delli~~ di questi fogli.

Amico Lectori.

Σταχυολογίαν hoc est spicilegium sacrarum Gręcarum rerum adhuc ineditarum e manuscriptis Bibliotecę Mediceę Laurentianę colligendum (nam post messem ab aliis factam nonnullę tantummodo spicę legendę supersunt) in animo proposueram literarię reipublicę offerre amice lector. Sed vix operi manum admoveram illud deserere necesse habui. Oculis enim ab natura mihi hebetibus eo labore non parum delassatis (quod in compendiariis frequentibus notis nexibusque in scriptione decolori atque interdum detrita eos contendere opus erat) ac quibusdam veluti nubeculis obortis hac atque illac discurrentibus proximamque cęcitatem nisi incępto desisterem minitantibus medico auctore invitus destiti, deque opere absolvendo maximo animo mei angore desperavi. Quoniam autem doctissimo Biscionio duce qui indicem ejusce Bibliotecę accuratissimum adornavit pluribus repertis ac designatis spicis, quam colligerem unam S. Andreę Cretensis Orationem in Natalem diem SSmæ Dominę Nostræ habitam doctam illam atque elegantem e quarto codice quarti plutei exscripseram latineque verteram, non injucundum literatis viris ac pręsertim φιλέλληνοι fore putavi si eam saltem in vulgus emitterem.

Si vero sacrum hunc Scriptorem satis fortasse cognitum perspectum non habeas, pręclarum de eo accipe eruditissimi Fabricii testimonium Gręcę Bibliotecę T. X. p. 121.

Andreas natus Damasci aliquamdiu antequam Constantinopolim adscisceretur Hierosolymis Monachi vitam vixit unde Hierosolymitanus in quibusdam codicibus dicitur. Sed a Marco Hoppero Surio, Laurentio Cumdio et Sixto Senensi perperam venditatur pro Episcopo Hierosolymitano. Utrum Sophronio patriarchę Hierosolimitano An. C. 629. defuncto fuerit σύγχρονος, quod in Synaxario traditur, viderint alii: certe a Theodoro

Pa:

patriarcha Hierosolymitano ad Sextam Synodum An. 680. celebratam Constantinopolim subsidio adversus Monotheletas missum esse Græci ipsi in Synaxario affirmant constitutumque in illa urbe Diaconum et Orphanatrophum ubi describenda acta synodi illius adversus hæreticos istos habita cum ipso communicavit agatho Archidiaconus et Cartophylax, cui pro hoc beneficio gratias agit in jambis, quod Græce et Latine exhibet Franciscus Combefisius auctarii novi tomo 2. in historia Monotheletanorum p. 235. 240. Ab eo tempore Archiepiscopum Cretensem factum ex multis testimoniis constat. Neque est exploratum quod a Casimiro Oudino adjungitur ad Cathedram Cæsareæ Cappadociæ tandem translatum fuisse vitamque produxisse ad A. 724 14. junii. Græcorum quidem menologia memoriam hujus Andreæ 4. julii celebrant. Andream vero Cæsariensem ab hoc Cretensi comunis eruditorum sententia distinguit.

Præcipua Andreæ Cretensis scripta una cum SS. Amphilochii et Methodii lucubrationibus G. et L. notis etiam ad calcem voluminis adjectis et onomastico peculiarium Andreæ vocum vulgavit Franciscus Combefisius Par. 1644. fol. qui idem Combefisius in prædictis ad Andream notis p. 340 testatur quod hic scriptor vere christianus orator sacram ubique scripturam totus spirat quodque nihil est eo rethoricis flosculis suavique compositione delicatius nihil sensis plenius nihil theologia solidius nihil mystico volatu sublimius.

Hanc vero quam modo damus Orationem ineditam hucusque fuisse testis est longe lucalentissimus ipsemet Fabricius T. IX. p. 111. ubi in MSS. Bibliothecæ Coislinianæ eam asservari

Quandoquidem igitur pleniorem atque lucuLetiorem manipulum exhibere tibi non valui, hujusce solitariæ spicæ munusculum voluntatis meæ argumentum, gratum acceptumque habeas, humanissime lector. Etsi autem ἀνεκδότοις illis literariam rempublicam locupletare mihi amplius non licet, spero tamen si Deus vitam et oculorum visum qui mihi superest, clementer tutari velit alios labores rei literariæ non plane inutiles publici juris me facturum. Vale.

Sancti Patris Nostri
Andreę Cretensis
In Natalem diem Sanctissimæ
Dominę Nostræ
Oratio

Nunc primum e Lauretana Biblioteca Medicea eruta.

Interprete

Angelo Maria Riccio
In Florentino Liceo
Græcarum litterarum publico professore.

Oratio
In Natalem diem SSmæ Dominæ Nostrę Deiparę.

Qua ostenditur, quod ex semine Davidis deducitur.

I. Alii quidem festorum dierum argumenta aliis apud eos, qui audire volunt, pertractent. Nobis vero, ut diem hunc lętis acclamationibus excipiamus hoc in præsentia propositum esto, cujus caput est frequentissimus hic consessus vester, qui priorem consessum aliumi orationis hujusce veluti patrem agnoscit. Unde igitur spiritus omnibus advenit facultatemque dicendi oratio accipit, inde ego orationis

tionis habenis veluti ad repagulum reductis ea quæ
cum iis, quæ antea diximus conjunctionem habent vobis
exponam. In quo timor sane ne præter dignitatem di-
cam, hujusmodi præsertim scopo præfixo animum contra-
hit. voluntas vero pro viribus dignam orationem afferendi
alacrem facit. Verumtamen quocumque me vertam fi-
dentissime orationem tractabo cum bonus mihi adsit mei
sive tim.. s sive alacritatis patronus præsens hic dies.
Jam vero alia * quam habuimus oratione Ortum Deiparæ
ut par erat, celebravimus, atque ego dux celebritatis exti-
ti, deinde vero vos, et quæcumque ad Cœlum usque evectæ
laudationes. Una cum Joachimo contemplatores fuimus
cum Virginibus cucurrimus cum Davide emicuimus, illo
inquam Davide, qui Patriarcha atque Rex fuit, quique
utroque nomine Dei atavus est, denique cum Maria
Dei matre, Templo excepti fuimus, et Sanctorum pene-
tralibus immorati eorum quæ ibidem sunt mysterio-
rum participes extitimus. Deo itaque agantur gratiæ
qui suos gloriosos efficit, ut eos, qui olim fuerunt e
longe adduceret ad se ipsum. Nunc autem neque dis-
sonam, neque a proposito dissidentem rem facturum
me esse arbitror si parva interjecta digressione ad ipsas
faustam ...ris originem, ex qua Virgo deducitur ser-
mo.. .m. reuseem atque illa explanem, quæ et dicere con-
venit, quibusque vester consessus maxime gaudet. Gau-
det vero iis, quibus Virgo, ex qua divinissimus Filius
naturam vincente modo ad hanc temporariam vitam
prodiit, Davidica orta esse semine demonstratur, atque
iis omnibus, qualiacumque sint, quæ qui nobis per legem
et prophetas locutus est Deus, de ipsa toto divinæ scriptu-
ræ decursu, manifeste prænunciavit.

* aliam o:rationem respicit cujus initi:ti um.

11.

II. Statim igitur quoad fieri potest nosmetipsos observantes in arenam ad certamen descendamus, judæorum invadentes linguas, qui tum olim, tum modo contumeliis in Christum debacchantur, abscissione crebra eas amputando, ne amplius radix amara renascens Ecclesiæ ovibus molestiam pariat. Hoc autem quonam modo expeditissime præstari possit nequaquam video nisi diligentioris examinis atque conquisitionis subsidio. Puto enim opus esse, ut prius ex Moysis libris ostendamus Christum Dei filium, qui et ipse Deus est ex juda quidam testante Apostolo floruisse, filium autem prodiisse Virginis, testante Evangelio. deinde vero prophetarum vocibus in medium adductis longinqua simul et proximiora hac ratione contingamus. Hujusmodi enim cautione atque diligentia illud undecumque obtinebit oratio nostra ut et firmitatem habeat et a nemine refelli possit, necnon vetustatis, quæ in lege est figuræ atque signa serventur integra. Age itaque in medium nobis afferatur jacobus excelsæ illius scalæ acerrimus contemplator, imo ante illum Abrahamus Patriarcha in quem et ad quem promissiones factæ sunt. Hunc enim et Matthæus, cum Evangelicam enarrationem suam ordiretur, ordine præposuit, Davide tamen ante omnes in conscriptione commemorato, Ad quem, et generis originem referens ut uniuscujusque generatio sese habeat vicissim descripsit, atque illinc rursus usque ad josephum Davidis pronepotem generationis historiam concinne subtexens Virginem e Davidica stirpe exortam, atque gignendo Deo preparatam josepho ex Davide oriundo, utpote ejus contribulem, fuisse nuptam, opportune demonstravit, quandoquidem nefas fuit antiquitus tribum tribui commisceri, et unius tribus sceptrum sceptro alterius inseri.

III. Magnus Patriarcha igitur e terra, cui nomen Charran

a Deo

a Deo exire jussus, ad promissiones assequendas ducebatur, quarum nondum signa ulla quantulacumque ante acceperat. signa enim futurorum ea sunt, quæ multo ante tempore premonstrantur. Neque tamen testamentorum spe decidit, sed terræ, qua sibi in sortem data est, nulla deceptione compos est factus. Tibi enim, et semini tuo (ad eum inquit universorum Deus) dabo terram hanc nam in semine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Revera enim ut divino etiam Paulo videtur. abrahę promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem juraret majorem, juravit per semetipsum dicens nisi benedicens benedicam tibi, et multiplicans multiplicabo te. Et sic inquit longanimiter ferens adeptus est repromissionem. quomodo vero, et qua via, quæ ipsi promissa sunt reipsa evenerint hinc cognosces, si rem ut vere sese habet consideres. Postquam enim ad eum dixit, qui olim responsa dabat Deus, In Isaac vocabitur tibi semen certissime sciens, quod quæ promisit, potens est adimplere, quamquam cognosceret corpus suum jam viribus esse effetis (centum siquidem annos natus erat) et pene emortuam vulvam Saræ, de divina tamen promissione nequaquam ambegit, sed dans gloriam Deo fide roboratus est.

IV. Quapropter jure optime promissionem est assecutus; nam promissum possedit filium, qui quæ promissa fuerant recepit. cumque sibi gemini nati essent filii testamentorum hæredi, qui dolo promissionem suffuratus est suppositione matris, benedictionem impertivit, ex quo duodecim tribus e diversis ramis feraciter pullularunt, harumque duo sceptra honore addito bene admodum prætulit Deus, sceptrum, inquam, Levi sceptrumque Judas Quorum uni longe antea Sacerdotii poderem et divinum ephod, et tiaram, et sanctam laminam, et manifestorum rationale in manus dedit, quæ omnia majoris Sacerdotii typus essent atque figura. alteri vero thronus regius, et decoris

-toris diadema, eaque dignitas cum chrysmatis unctione delata est ut cæteris tribubus præsideret populi insuper esset dux. Quibus Dei filius, qui est ante sæcula, quique omnia sæcula adduxit, mundo per carnem apparens docendi novitate sed non secundum legem mandati carnalis ut ait Apostolus, suo munere functus est; atque ancipitem quidem dignitatem obtinuit non tamen quemadmodum sunt res humanæ (ut ita dicam) videlicet non secundum id, quod visu percipitur, sed secundum virtutem vitæ indissolubilis utramque sese habere dignitatem, Sacerdotii inquam et regni ex naturæ evincit testimonio. Manens enim Pontifex in perpetuum ut sacerdos sempiternum Sacerdotium habet eo quod ipse maneat in æternum. Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro nobis. Quatenus vero rex est, et princeps pacis et dux in Israel non super hujuscemodi Davidis thronum, qui sub aspectum caderet sedisse quispiam poterit demonstrare sed spirituale regnum in domum Jacobi usque in sæcula obtinuisse suique regni nullum unquam accepisse finem. Quæ cum ita se habeant, quis non miretur eos qui simul hæc de ipso scripserunt, simul etiam adversantia hisce testatos esse? Neque enim ipsum regni Davidici successorem faciunt neque super thronum sedisse Davidis commemorant. sed neque principatus potestate Herodis instar, aut Pontii Pilati potitum esse, nisi quis altiori quadam recondita deductionis significatione ista perpendere aggrediatur, juxta illud regnum meum non est de hoc mundo.

V. Jam vero accedat modo Jacobus patriarcharum et ipse magnus, ut opportune quæ ad Christum referuntur nobis edisserat. Ubi quæ filiis suis eventura essent, præscribens, judam inducit atque in ipso mysticis

quibusdã

quibusdam coloribus Christi imaginem repræsentat, atque
depingit ita ut inde appareat judam quidem veluti
corpus juxta id quod sensu attingitur accipi Davidem
vero veluti colorem quemdam juxta speculationem intel-
ligi. Hinc siquidem nobis licebit convenienti ratione
scopum ipsum assectari, dum Davidem ex tribu juda
existere reperiemus, ex Davide vero Christum deduci.
Cumque hoc perspicue demonstraverimus Virginem quo-
que ex progenie Davidis, qui ex juda germinavit deve-
nisse cognoscemus, siquidem ex eadem stirpe eademque
tribu generationem nacti sunt. Age itaque, patriarcha-
rum optime multiplicique filiorum sobole prædives, quæ
sortium distributio sit in benedictionibus edissere quam
filiis tuis reliqueris; quæ pars singulis obtigerit. quæ et
qualia sint, quæ morti proximus ipsis allegaveris. Nā in-
quit Patriarcha, unicuique eorum modo uni, modo alteri
quæ singulos decebant, Spiritus distribuit prout cujusque
natura et ordo sese haberet. Neque enim quidquam alie-
num a divinæ providentiæ scopo, universa moventis at-
que moderantis ipsemet a me ipso commentus sum, sed
tantummodo, quæ ab illa circa singulos præfinita sunt, præ
videndo sum vaticinatus. Liceat sane cuicumque volen-
ti Mosaicos libros manibus evolvere atque ex ipsa singu-
larum tribuum constitutione sortes cognoscere, quas sin-
gillatim filiis benedicendo afflante Deo designavi.

VI°. Jam vero nobis deinceps de una tantummodo tribu mis-
sis cæteris verba facere propositum erit unde facili nego-
tio ostendi possit Christum secundum carnem e Virgine
natum e tribu juda oriundum esse atque temerarium quod-
vis os obstruatur, quod fateri nolit Christum e semine
Davidis profluxisse. Quid igitur inquit videns; quando-
quidem divinæ litteræ hoc nomine eos appellare consue-
verunt, quibus mente atque spiritu res futuras prævide-
re datum est? [22] Juda, te laudabunt fratres tui. manus tua
in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris
tui.

tui. Catulus Leonis juda† ex germine fili mi ascendisti requi-
escens accubuisti ut leo et quasi leaena quis suscitabit eum?
Non auferetur sceptrum de juda et dux de femore ejus donec
veniat, qui mittendus est et ipse erit expectatio gentium.
Ligans ad vineam pullum suum et ad vitem fili mi asi-
nam suam. Lavabit in vino stolam suam et in sanguine
uvae pallium suum. Pulchriores sunt oculi ejus vino et den-
tes ejus lacte candidiores. Enitendum itaque nobis est ut vi-
deamus in qua persona quove tempore quae vaticinio
comprehenduntur completa fuerint. Nonne plane perspicu-
um in Christo ipso qui omnium nostrum servator est
per legem et prophetas ad exitum tunc fuisse perducta cum
scilicet extremis temporibus nobiscum qui terrestres sumus
atque in hisce imis terris degimus, ipse qui altissimus De-
us est, humana indutus carne conversaretur? Nam consi-
cum illud sibi ante saecula ex arcano Genitoris Spiritus-
que† congeniti beneplacito praefinitum fuerat reipsa exe-
qui volens ex juda veluti nos germinavit, atque ex Vir-
gine Davidicae stirpis secundum carnem natus est. Tunc
enim illum laudarunt omnes fratres qui quotquot scilicet
cum eo affinitate conjuncti divinae simul naturae parti-
cipes facti sunt. Immensa autem omnemque numerum
supergrediens eorum multitudo est qui in Christum cre-
diderunt. Quos etiam sublimis ille Joannes visus est innu-
ere ubi ait, quotquot autem receperunt eum dedit eis po-
testatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus neque
ex voluntate carnis sed ex Deo nati sunt. Quapropter
fratres suos vocare eos jure optimo non confunditur cum
aeque atque ipsi sanguinem et carnem participaverit,
quemadmodum Paulus exclamat, atque David. Hic siqui-
dem spirituales pulsando fides narrabo, inquit, nomen tuum
fratribus meis in medio Ecclesiae laudabo te; ille vero
magnis vocibus ait: Unde debuit per omnia fratribus similari,
ut misericors fieret et fidelis Pontifex ad Deum.

VII. Cujus autem manus in cervicibus inimicorum unquam
adeo fortiter extensae sunt, ut unius Christi? Quemad-
modum

† Ed. Vulg. habet ad praedam fili mi ascendisti. Sed non potui facere hoc loco cum LXX versionem quae Graeci Patres utuntur, amplecterer. Nam verbo illi ad praedam interpretatio quae mox sequitur minime quadraret.

† Hoc est a Genitore una cum filio procedentis

modum divino Spiritu serctus rursus cecinit magnus David. Percussit, inquiens, inimicos suos in posteriora. Cum enim „posteriora" dixit cervices„ significare voluit." Quod etiam alibi planum facit, ubi ait Dextera tua inveniat omnes qui te oderunt. Quoniam ponés eos dorsum. Et rursus personam Patris confingens, filii, ut homo est, charismata et ad regni erectionem electionemque prædicantis „Manus mea, inquit auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. Nihil proficiat inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam a facie ipsius inimicos ejus et odientes in fugam convertam. atque iterum „coram illo procident Æthiopes et inimici ejus terram lingent." Illud vero similiter „inimicos meos dedisti mihi dorsum et odientes me disperdidisti, ad quem potius referamus, quam ad unum tantummodo Christum? Qui ad Patrem in Cœlo degentem ait „Persequar inimicos meos et comprehendam illos, et non convertar donec deficiant. Confringam illos nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos„ et quæ deinde consequuntur.

VIII. Quem nam vero adoraverunt filii patris sui, nisi solum Christum qui ex muliere in Mundum prodiit? Quod enim ad Josephum pertinuit finem deinceps accepit ubi ipsi somnia, ut par erat exitu comprobata sunt. Quod vero respicit Christum ecclesiæ figura esse debuit ex gentibus conflatæ. In qua omnes nos quotquot Dei filii per eam facti sumus in perpetuum ipsum adoramus cum quo propter mysticam regenerationem affinitatem conjunximus. Fratres enim ipsius ob divinitatis ex gratia communionem et divitias misericordiæ ejus in nos nuncupati sumus. Omnia nimirum recipientes quæ illius sunt, in arctissimam cum eo societatem cognationem eamdemque domum recepti toti sumus in toto, dummodo tamen nullum mandatorum ipsius, quæ justos nos faciunt, contempserimus. Quemadmodum et ipse eorum quæ nostra sunt, particeps factus eamdem nobiscum sese habere naturam ostendit, quando quidem omnem prorsus æque ac nos, humanam conditionem subiit, omnesque naturæ nostræ proprietates, nihilo tamen secius peccati reprehensionem certissime effugit

primique

primique parentis ruinæ condemnationem. Quod autem adoraverint et adhuc Christum adorent omnes gentes, quis adeo perfricta fronte sit ut inficietur cum omnem quæ sub Cælo est regionem videat usque ad extremos terrarum orbis terminos cultum ipsi atque obsequium deferentem præclaraque ejus, quem colit appellatione gloriantem. Christiano nomine censeri? Ecquis propheticas voces infringere possit palam clamantes tum illud, Omnes gentes servient ei et adorabunt eum omnes reges terræ, tum illud, Omnis terra adoret te et psallat tibi et omnes gentes quascumque fecisti venient et adorabunt coram te Domine, et quæ sequuntur et rursus, Gaudete gentes cum populo Dei et adorent eum omnes filii Dei. Videsne igitur quomodo filii patris sui Christum adoraverint ii videlicet, qui adoptionis filiorum dono divites facti sunt?

IX. Sed ad reliquas vaticinii partes deveniamus, Catulus leonis juda, ex germine, fili mi, ascendisti, requiescens accubuisti ut leo et quasi leæna quis suscitabit eum? O præclaram sane præsagitionem! Catulum dixit leonis. Quem itaque leonis nomine nisi Christum luculenter innuit qui ex regio semine, videlicet Davidico deducitur? Neque enim absurdum est, si leonem Davidem intelligas, quandoquidem dignitatis regiæ typus est leo. Catulum leonis Christum accipe, ex ipso secundum carnem exortum, quemadmodum etiam consequentia vaticinii verba plane declarant. Ex germine enim, inquit, fili mi, ascendisti. Germen vero quem alium proprie esse ex eo, quod consentaneum est dilectissimi, reputabitis, nisi nimirum solam hanc Sanctam ~~[illegible]~~ Virginem, sanctisque omnibus longe sanctiorem, quæ tota pulchra, tota munda visa est ei qui totus in illa et corpore et spiritu habitavit? Mariam, inquam magnum profecto, omnique veneratione dignissimam, et nomen et rem, Davidicum ramum Virgam jesse, germen juda semper viride semperque floridum, ex qua altissimus Dei filius,

qui

qui ante Mundum erat equalique cum Deo, qui ipsum genuit, eternitate fruebatur, secundum carnem germinavit. iure autem miretur quispiam prædictionis hujusce diligentiam singularem. Ubi enim generis propinquitate leones et Catuli appellatione perspicue demonstravit, illud addidit ex germine, fili mi, ascendisti, ut illud idem plane diceret, quod pulchre Isaias dixit, egredietur Virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, quod sane Christum, atque Virginem manifeste respicit. Radix enim proprie David. Virga procul dubio Maria est. Flos vero Christus. Quemadmodum ipsemet in quadam Canticorum pagina suam ipsius nuncupationem quibusdam veluti adoramentis, in quibus arcana significatio lateret, conspergens, ego inquit, flos campi, et lilium convalium. Regem vero, regnumque omnium potentissimum esse Christum, neque ipse Jacob, qui presagium effatus est, ignoravit. Nam requiescens ait, accubuisti ut leo, et quasi leæna, quis suscitabit eum? quibus verbis regalem simul terribilemque, atque inaccessibilem divini imperii potestatem, contra quam vires suas, nemini experiri licet, significare visus est. Quod ut ipse Christus confirmaret, in Evangelio clamabat, Potestatem habeo ponendi animam, et potestatem iterum sumendi eam. Revera enim pro arbitrio, nutuque suo omnia peregit servator quecumque videlicet dum terras incoleret, et cum hominibus conversaretur, egregia, atque preclara edidit facinora. quamobrem solvite, ait, templum hoc et in tribus diebus excitabo illud. Neque enim nisi volente ipso, et veluti Hebreis mandante illud solvere potuissent. templum inquam integerrimi corporis ejus, quod ex alvo incorrupte hujusce mundissimeque, nulloque non tempore Virginis absque manuum labore ipsemet sibi ipsi edificavit. Atque ad illud mortis quoque somnum referens, quem pro nobis sponte sua subiit ut nobis inde vita proflueret, per os David, ut homo disserit ego, inquiens, dormivi et soporatum sum, et exurrexi quia Dominus suscepit me. illud vero quis suscitabit eum? Patrem aperte declarat, qui tem=

plum

plum, corporis filio una cum ipso filio afflictum erexit, atque excitavit juxta ea quę in psalmis ex persona Filii Patrem alloquentis dicta sunt, Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, et rursus, Eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum, Oportebat enim, dum Filius ut corpus suum ad vitam reverteretur virtute sua efficiebat Patrem quoque qui eandem cum ipso et naturam et voluntatem habet operis esse socium ut ejusdem potentiæ usu omnimodaque in operibus prestandis communione, unius ejusdem naturæ societas servaretur incolumis.

X. Sed jam ad ea que supersunt est procedendum, Non auferetur sceptrum de juda et dux de femore ejus donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Pro insigne atque immortale presagium! Nullam non partem eorum, quæ vates prædixit, comprobavit eventus. Demonstravimus enim huiusque dictis e Davidicis lumbis Virginem enatam esse cujus germen Christus est dux simul et princeps et spiritum principum auferens, atque ipsi sane in domo Jacobi in æternum regnare convenit, regnumque nancisci, quod omni fine careret. Jamdiu enim ante Christi adventum de medio sublatum fuerat judeorum regnum, quod stare debuisse clare constat, usque ad Jechoniæ tempora acerbissimoque in Babylonicam captivitatem deductionis Verumtamen usque ad Christum nequaquam genus defecit cui honoris nonnihil atque observantię semper delatum est regiæque nobilitatis sigillum ut asservaretur commendatum. Restat igitur ut illud interpretemur, Donec veniat, qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Christus nempe Dei filius hic est, et ipse Deus, et ipse Dominus. Quem omnibus sanctitatis numeris absoluta Virgo hæc e Davidico emisso stipite Virgineum in modum Virgineoque peperit puerperio. Ex quo siquidem judeorum imperium evanuit nemo alius super Davidicum thronum, qui sub oculos caderet et rex secundum carnem sedit, regno illo extrema clade penitus deleto, quemadmo-

dum

dum Jeremias propheta hisce verbis prædixerat: "Numquid vas fictile atque contritum vir est Jechonias, numquid vas absque omni voluptate? quare abjecti sunt ipse et semen ejus, et projecti in terram, quam ignoraverunt? terra, terra, audi sermonem Domini. Hæc dicit Dominus: scribe virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur. nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super thronum David, et potestatem habeat ultra in Juda." His autem a propheta enunciatis, quem deinde alium gentium expectationem fuisse dicamus, præter unum Christum quem propheta Deique receptor senex Simeon, non visurum se mortem responsum acceperat, nisi prius videret, humana indutus carne in has terras advenisse? Et sane oraculi responsio finem tulit, cum quæ ~~ipsa~~ sibi promissa fuerant, reipsa ad exitum sunt perducta. Vidit enim parvulum, senilibus ulnis e maternibus manibus illum accepit qui ante secula existebat et ante genitricem ipsam erat genitus, statimque senili saltatione emicuit, nam exilit etiam senectus, vires et nervos addente gaudio, lætisque vocibus divinum puerum collaudavit Dominum appellavit servatorem confessus est lucem gentium annunciavit gloriamque Israel deprædicavit, illum nimirum affirmavit esse, qui ad expectationem revelationis gentium in Mundum prodiit. Gentibus enim pater filium suum manifestum præbuit ut apud alium prophetam videre est dissertissime dicentem, "Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus." Et rursus, "ecce gentem quam nesciebas vocabis et gentes quæ te non cognoverunt ad te current." Alibi item dicit, "Dedi te in lucem gentium." Et alius, "Dabo tibi gentibus hereditatem meam;" Et benedicentur in ipso omnes gentes.

